
Colour Chart #13
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black
Blue
Cyan
Inches
Centimetres
DANES-PICTA.COM




R G B WH GR BL
Grey Scale #13
C M Y K
DANES-PICTA.COM
Part Code ST1316
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19

Colour Chart #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Logica Magistri Nicolai
de orbellis vna cum
textu Petri
hyspani

pro loco Varsaviensi ad S. Antonium
prius Resort.

[illegible]

5.6.



XV,79.

K. 201/95.

¶ Excellentissimi viri artium ac sacre theologie pfessoris eximij magistri Nicolai de orbellis de francia ordinis minorum fm doctrinam doctoris subtilis Scoti: logice breuis: sed admodum vtilis super textu magistri Petri byspani expositio incipit.



Quoniam teste sapiente pverbiorū 22°. Adolescēs iuxta viam suā: etiam cum senuerit nō recedet ab ea. Utile est volētib⁹ studere doctrinaz doctoris subtilis scoti: que iter ceteras maxime extat roboris ⁊ veritatis i eius principijs a iuuentute introduci. Ipsa enim habita alie facilius haberi possunt sed nō econtra. Igitur iuxta ipsius mentem aliqua logicalia pro iuuenibus super summulas Petri byspani christo duce breuiter enodabo. ⁊ q: multe materie que tractantur in logica peramplius reperiūtur in philosophia: remitto aliquādo ad quoddaz cōpendiū: quod super philosophiam eiusdē doctoris dictis cō pilauī: sepeq; noto ea que hic dicunt: in quibus locis ab eodē doctore habent vt ea ibidē diffusius valeas itueri. ¶ Intitulat autē iste liber: liber summularuz Petri byspani: quia i hoc libro sub breui compēdio determinat ea que in logica habētur diffuse. ¶ Subiectū vo seu materia circa quā versat hec ꝓsideratio est syllogismus. ¶ Et sciendū q⁹ subiecti alicui⁹ sciētie potest dici obiectū seu genus scibile. Genus nempe sepe pro materia sumitur. Unde in diffinitione quidditatiua genus ponitur in materia differētia vt forma. Obiectū est illud circa qō ferē potentia: vt potētia visiua tēdit in lucē vel colorē. Unde dicitur obiectū ab ob qō est cōtra ⁊ iactū quasi contra iactū. Subiectuz igitur de quo in alīqua scientia principaliter tractat dicitur obiectū vel genus scibile: q: est materia circa quam tēdit cōsideratio ipsius scientie. Dicit etiā subiectū ratione pprietatū que sibi insunt per se. vñ subiectū dicitur quasi subt⁹ iactū. ¶ Itē sciendum q⁹ primū subiectū alicuius sciētie fm Scotū in prologo primi sententiarū dicit illud qō cōtinet primo virtualiter oēs veritates illius sciētie cuius est subiectum. Dicit autem aliquid primo inesse alicui qō ineſt ei inquantum tale: sine per propriā rationē ⁊ nō per aliud sed alijs per ipsum. vt proprietates hominis: scilicet risibilitas seu flebilitas ⁊ huiusmodi insunt homini inquantuz homo. quia enī hō est aial rōnale: iō ē risibilis: ⁊ sic risibilitas primo ineſt homini: inferioribus abit ab homine: lz per se insit risibilitas non tñ primo. Sor. enim inquantū sor. non est risibilis. sed inquantum homo. ¶ Itē continere virtualiter potest capi dupliciter. scilicet virtualiter actualiter ⁊ vtualiter potētialiter. Vtualiter actualiter ꝓtinet subiectū proprias passiones que ab ipso oriunt virtualiter potētialiter superius ꝓtinet passiones inferioruz que ipsis insunt: non per rationē ipsius superioris: sed per proprias rationes ipsoz̄. ¶ Primuz igit subiectū alicuius scientie ꝓtinet virtualiter actualiter. vel virtualiter potētialiter oēs proprietates que principaliter tractant in illa scientia cui est adequatū. Ueritates vo ibi minus principaliter considerate ad ipsum reducūt: ⁊ habēt attributionē: sicut philosophus reducit 4° Metaphysice. ad subiectū eius qō est ens inquantum ens: generationē que est via ad esse: ⁊ corruptionez que est via ad non esse: ⁊ negationes ⁊ priuationes quia priuant ipsum esse. ⁊ sic de alijs. sine sint partes subiectiue: sine ptes integrales: vel quouis alio modo. Ex quo patet q⁹ syllogismus i cōmuni sumptus est primū sub-

lectū: siue adequatum totius logice. pro
batur quia cōtinet virtualiter actualiter
passiones proprias que sibi p̄mo insunt
vt verum a falso discernere. a magis no
to ad minus notū euidenter concluden/
do procedere ⁊ huiusmodi. Cōtinet eti
am virtualiter actualiter proprietates q̄
insunt suis partibus subiectiuis: scilicet
syllogismo dyalectico sophystico ⁊ de/
mōstratiuo per rationes syllogismi. Vir
tualiter vero potentialiter continet passi
ones que ipsis insunt per proprias eorū
rationes ¶ Idez probatur sic. illud est
subiectuz in aliqua scientia cuius partes
⁊ proprietates considerant in ipsa. Un
de primo posteriorum dicitur. Una scie
tia est vnius generis quecūqz ex primis
componitur: ⁊ partes aut passiones ha
rum sunt per se. sed syllogismus est hu
iusmodi in scientia logice. ergo est eius
subiectū probatur minor de ipso enim
syllogismo in cōmuni tractatur in libro
priorum. De eius autem partibus subie
ctiuis tractatur in alijs libris noue logice
scilicet de syllogismo dyalectico in libris
topicorum. de syllogismo demonstrati/
uo in libro posteriorum. de elenco in li/
bro elenchorum. De eius vero partibus
integralibus syllogismi que etiam posi/
sunt dici eius principia intrinseca. s. ppo
sitionibus ⁊ terminis tractatur in veteri
logica in libro perybermenias vbi um ⁊
predicamentorum. ¶ Dicuntur autez
isti libri logica vetus. nō qz primo fuerit
inuenta: sed qz ea que ibi tractant sunt
materia remota logice. Nō enim ita pri
cipaliter intendūtur a logico sicut syllo/
gism⁹ de quo tractat i logica noua. Ad
syllogismum ēt p̄t reduci alie spēs argu
mētatiōis. vt inductio. enthimema. ⁊ exē
plum sicut imperfectū reducitur ad per
fectū. 2° priorum. Non enim ita princi/
paliter intenduntur a logico. sicut ipse syl
logismus. ¶ Contra predicta arguitur
dupliciter. primo sic. Syllogismus nul/
las habet passiones. ergo non est subie/
ctum logice. cōsequentia est nota: ⁊ an
tecedens probat quia si syllogismus ha
berēt passiones cum sit ens rationis tūc
ille passiones erunt nihil. qō videtur fal
sum probatio consequētie. qz omne ens
minus ente rationis est omnino nō ens:
sed passio fundata in ente rationis: est
min⁹ ente rationis: cū passio sit minoris
entitatis cū subiectum. ergo talis passio
erit nihil. ¶ Itez secunda intentio in cō
muni sumpta est subiectum logice. er/
go syllogismus non erit ibi subiectū. con
sequētia est nota: probatur antecedens
qz logica est de secundis intentionibus
adiunctis primis fm Anic. ¶ Pro re/
sponsione ad ista argumenta notandu
q̄ intētio vel conceptus p̄t capi tripli/
citer vno modo pro specie obiecti que
est ratio concipiendi. ⁊ dicitur intētio qz
per ipsaz sensus vel intellectus tendit in
obiectum fm Sco. xlij. di. 2. sent. Se/
cundo modo intentio sumitur pro actu
concipiendi vel intelligendi. Alio modo
pro obiecto p̄cepto vel p̄ceptibili. res. n.
cōcepta vel intellecta dicitur intentio in/
quantū in ipsaz intendit intellectus ipsaz
considerando. ¶ Item notandū q̄ du
plex est actus intellectus. quia quidā est
actus rectus: quidam est actus collatiu⁹
Actus rectus dicit quo itellectus fertur
super aliquā rē: vt q̄n intellectus intelli
git rosam. Actus vero collatiu⁹ appella
tur quo intellectus rem intellectam cō/
parat ad seipsaz vel ad aliam. ¶ Itē no
tādū q̄ dupler est intētio. s. prima ⁊ se/
cūda. ¶ Prima est p̄ma rei p̄sideratio: ac
cipiendo p̄sideratiōnē pro obiecto cōce
pto. Unde prima intētio est ipsa res pri
mo intellecta ⁊ cōsiderata: cuius cōside
ratio immediate causat a re vel a specie
rei partialiter. ¶ Res enim dicit intentio:
vt cognita vel vt cognoscibilis. Un ter/
minū p̄me intētionis dicuntur qui signifi/
cāt hmōi res coceptas vl cōceptibiles.
vt hō equus visio itellectio nigredo albe
do Scōa intētio q̄dā relatio seu scō/

paratio intellectus qua vna prima intentio cōparat ad aliā: vel vnuz primo intellectū ad aliud p̄mo intellectū ꝑ actuz intellectus. exēpluz. Intellectus itelligēs hominē ⁊ aīal cōparat vnū ad aliud ꝟm rationē predicabilis ⁊ subicibilis: que cōparatio ex ꝑte aīalis dicit genus: ⁊ ex ꝑte hominis spēs. Et sic ꝟm diuersas cōparationes format intellectus diuersas secūdas intētiones: puta generis speciei ac indiuidui ⁊ hmōi: ita ꝙ oīs scd̄a intētio est formaliter relatio rōnis: sicut ꝓpositio ⁊ enunciatio cōpositio ⁊ diuisio. in qbus verum ⁊ falsum sunt in mēte ⁊ nō in rebus ꝟz Arist. 6° metaphysice. Sūt enim secunde intentiones que cōsistūt in quadā cōparatione duoꝝ conceptoꝝ: siue illa duo sunt idē ꝟm rem: siue diuersa. Utit enim quādoqz intellectus vno vt duobus compositionē formans sicut cuz dicit homo est homo. Ex quo patet ꝙ talis cōpositio est solum in intellectu ⁊ non in rebus. Syllogismus est etiaz secunda intentio. Est enim habitudo seu cōpositio premissaꝝ ad conclusionem. ¶ His premissis rn̄deo ad rationes. ¶ Ad primā cū dicit ꝙ si syllogismus haberet passiones tūc essent nihil: qr essent minus ens q̄z ens ratiōis. Rn̄deo ꝙ sicut est dare gradum in entibus realibus sic est dare in entib⁹ rationis: ⁊ ideo nō oportet ꝙ quicqd est minus ente rationis sit nō ens ⁊ nihil: qr lz illa res rationis que subijcit alteri rei rationis sit magis res aliquo modo. tamē nō sequit ex hoc ꝙ res fundata sit nihil. Nō repugnat igit syllogismū licet sit ens rationis habere passiones. sicut Arist. 5° metaphysice distinguit vnitates reales ꝟm fundamēta realia: ⁊ vnitates intentionales ꝟm fundamenta intentionalia: vt ibi declarat Scotus. ¶ Ad secundaz quando arguebatur ꝙ logica est de secundis intentionibus: dico ꝙ sicut theologia est de rebus ⁊ de signis: de rebus vt de deo ⁊ creaturis. de signis vero vt de sacramentis que sunt signa gratie: siue de his que communiter tractantur in theologia non tanq̄z de primo subiecto. Primum enim subiectum eius est aliq̄ res scilicet deus: ad quez alie res ⁊ signa reducuntur: sic logica est de secundis intentionibus non tanq̄z de primo subiecto: sed tanq̄z de his que cōmuniter tractantur ibidem. Quedā vero secunda intentio scilicet syllogismus est ibi subiectum primuz ad quem alie intentiones possunt reduci: vt pz ex predictis. ¶ Dicitur aūt logica esse de secundis intentionibus adiunctis primis: quia logica applicat secundas itentiones ad primas q̄s considerat non ꝟm se: sed inquantū sunt fundamenta secundaꝝ itentionū. ¶ Notificantur etiam relationes rationis per ipsaruz fundamenta propter earū modicam entitatem. sicut etiam 5° metaphysice distinguunt modi relationum realiū ꝟm varietatem fundamentorum: vt videbitur. c. de ad aliquid. ¶ Fundamentum etiam relationis rōnis dicitur ꝟm Sco. viij. q. quolibetoꝝ: non ꝙ ex natura rei inde oriat quia tunc esset realis: sz quia est proxima ratio qua intellect⁹ cōparat vnum ad aliud secundū etiam eundem in. vj. q. Cū intellectus possit vnaz relationem rationis ad aliam comparar̄ vna potest esse fundamentū alteri⁹ sicut intentio speciei fundatur in intentione generis: dicendo genus est species. Cū enī vniuersale sit cōmune ad illa quinqz predicabilia illa se habent vt species respectu vniuersalis. Sic itaqz patet ꝙ syllogismus est subiectuz logice. ¶ De alijs requisitis ad rationē subiecti vide primo physicoꝝ. ⁊ primo metaphysice. Quomodo etiam scientie habent vnitatez speciei generis proximi vel remoti: vide 6° metaphysice. ¶ Diuidit aūt liber iste in septem partes. ¶ In prima determinat denuntiatione ⁊ de eius partibus ⁊ proprietatibus: ⁊ correspondet duobus libris peryhermenias Ari. ⁊ dicit pery-

hermenias a pery quod est de ⁊ armenis qđ ē interp̄tatio q̄si de interpretatiōe Sūt āt idez ex pte rei iterp̄tatio enunciatio ⁊ ꝓpō: lz rōne differāt. Interp̄tatio eni dr̄ oratio ꝓut in ea aliqd exprimitur eē verum vel falsuz. Enūciatio vero dr̄ oratio enuncians aliquid de aliquo propositio autem stricte sumitur prout ponitur i p̄missis ad inferendū conclusionē. Uñ dicit̄ quasi i inferēdo pro alio positio. Lz autē termini sint priores ꝓpositionib⁹ ⁊ sic libri predicabiliū ⁊ predicamentoꝝ p̄cedāt librū peryhermenias. Auctor tñ primo determinat de ꝓpositionibus: q: i his sunt minores difficultates q̄z i p̄dicabilib⁹ ⁊ predicamentis. ¶ In secunda parte tractat de predicabilib⁹ que correspondet predicabilib⁹ Porphirij. ¶ In tertia de. x. predicamētis que correspōdet libro p̄dicamētorū Arist. ¶ In quarta de syllogismo simplici seu cōmuni que correspōdet libris priorū Ari. ¶ In qnta de syllogismo dialectico q ꝓcedit ex ꝓbabilibus q̄ correspōdet libris topicoꝝ Ari. ⁊ Boetij. ¶ In sexta de syllogismo sophystico seu apparēti q̄ correspōdet libris elencorū Ari. ¶ In septima de suppōnibus que sunt extracte a varijs libris logice. ¶ De syllogismo aūt demōstratiuo de quo tractāt Ari. in libro posteriorū non fecit auc. particularē tractatū in suis summulis. de ipso tamen multa inferuntur in varijs locis huius libri.

Dyalectica est ars artium scientia scientiaꝝ ad omniuz methodoruz principia viam habens. Sola. n. dyalectica probabiliter disputat de principiis oīuz aliarum scientiarum. Et ideo in aquisitione omniū aliaꝝ sciētiaꝝ dyalectica dicitur esse prior. Dicitur enī dyalectica a dya qđ ē duo ⁊ logos qđ est sermo: vel lexis qđ est ratio. quasi duorum sermo vel ratio scilicet opponentis ⁊ respondentis in disputādo. Sed quia disputatio non potest haberi nisi mediāte sermone: nec sermo nisi mediāte voce: nec vox nisi mediante sono. Ideo a sono tanq̄z a cōiori inchoandum est. Sonus ē quicquid ab auditu proprie ⁊ per se percipitur. Dico autez proprie ⁊ per se: quia licet homo vel cāpana audiant̄: hoc non est proprie nec per se sed per sonum suum. Sonorum alius vox: alius non vox. Sonus vox est idem ꝙ ipsa vox.

Unde vox est sonus ab ore animalis prolatus: naturalibus instrumentis formatus. Naturalia instrumenta quib⁹ vox formatur sunt nouem. scilicet guttur lingua palatū quatuor dētes ⁊ duo labia simul. vnde versus Instrumenta nouem sunt: guttur līgua palatū. Quattuor ⁊ dentes ⁊ duo labia simul. Sonus non vox est q generatur ex collisione duorum corporum inanimatoruz vt fragor arboꝝ strepitus pe

dum. Uocum alia significati/ua: Alia nō significatiua. Uox significatiua est illa que audi/tui nostro aliquid representat vt homo hominem. Uox nō significatiua est illa que audi/tui nostro nihil representat vt bufbaf. Uocū significatiuarū alia significat naturaliter: alia ad placituz: Uox significatiua naturaliter est illa q̄ apud oēs idem representat: vt gemitus infirmoꝝ: dolorem: latratus canum: iram vel gaudiū. Uox significatiua ad placitū est illa q̄ ad voluntatē primi instituē/tis aliquid significat: vt homo hominem equus equuz. Uo/cum significatiuaꝝ ad placituz alia incomplexa: alia cōplexa. Complexa vt oratio. Incom/plexa vt nomen vel verbum

Hic auc. p̄mittit diffinitionez dialectice: i qua reddit audi/tores beniuolos ⁊ attētos: ostendēdo huius scientie di/gnitatē ⁊ vtilitatē di. ꝙ dia/lectica est ars artium ⁊ scientia sciarū ad oīum methodorū p̄ncipia viam habēs. ¶ Ad cuius euidentiā sciendū ꝙ diale/ctica potest sumi dupliciter. vno mō pro parte logice que procedit ex probabili/bus ⁊ sic nō sumitur hic. alio modo pro ut idē est ꝙ logica: ⁊ sic sumitur in ꝓpo/sito. ¶ Ulterius est sciendū ꝙ ars ⁊ sci/entia dupliciter possunt capi vno modo stricte. ⁊ sic non sumitur in proposito. Sunt. n. habitus ex opposito distincti: v patet: vj. ethicoruz: vbi ponuntur habi/tus intellectuales. s. sapientia scientia in/tellectus prudentia ⁊ ars: qui sic distin/guuntur: Intellectus enim sapientia ⁊ scientia sunt habitus speculatiui qui scili/cet ordinantur ad scire ⁊ non ad opera/ri. Differunt tamen in hoc ꝙ intellectus est habitus priorum p̄ncipioruz demō/strationis. Sciētia vero est habitus con/clusionis ex causis inferiorib⁹. Sapien/tia autem considerat causas primas scz deum ⁊ intelligētias. Unde ibidem dici/tur esse caput scientiarū. Prudentia ve/ro ⁊ ars sunt habitus practici qui. s. ordi/nantur ad operari: ⁊ differunt. Nā pru/dentia dirigit in actionibus que non trā/seunt in exteriorē materiā: sed sunt ꝑfe/ctiones agentis. Unde dicitur ibi ꝙ pru/dentia est recta ratio rerum a nobis agi/bilium. Ars vero dirigit in actionibus q̄ in materiam exteriorem transeunt sicut edificare secare. Unde dr̄ ars est recta ra/tio rerū a nobis factibilium. ¶ Alio mo/do sumitur ars large. ⁊ etiam scientia vi/delicet pro habitu conclusionis demon/strate: siue ille habitus sit practicus: siue speculatiuus. ⁊ sic vnuz sumitur pro re/liquo. ¶ Sed videtur ꝙ vnuz illorū su/perfluat: ⁊ ꝙ sit ibi nugatio seu inutilis repetitio eiusdē. ¶ Respondeo ꝙ non est ibi nugatio. Logica enim non tm̄ di/citur scientia scientiarum sed etiam ars artiū ad maiorē expressionez. Per hoc eni inuitur ꝙ nō tantū modo logica ē de numero scientiarum speculatiuarū: sed etiā de numero artium liberalium. Qd̄ nō ꝯuenit oī sciētie speculatiue: sicut pz de physica ⁊ metaphysica. Itē cū dicit̄ ars artiū designat̄ ꝙ logica non tm̄ ex/cedit scientias speculatiuas: sed ēt practi/cas: inq̄tū dat moduz arguēdi vtrisq̄. ¶ Et nota ꝙ lz genetiu⁹ pluralis refle/xus sup suū ntūm singularē designet ex/cellētiam iuxta illud. Addit̄ excellēs flos floꝝ. vgo maria. Logica tm̄ non simplr̄ excellit alias scientias. Scientie enim rea

les vt phyſica ⁊ metaphyſica ſũt digni
ores logica que eſt de entibus rationis:
ſed ipſas excellit ſm qd inquantum oẽs
vtuntur logica in forma arguendi: ideo
ſequitur ad omnium methodorum pn
cipia viam habens. Ipſa enĩ dirigit ad
principia omnium aliarum ſcientiarum
docendo modum quo ex ipſis pncipijs
concluſiones inferuntur. Iz enim pncipia
ſcientiarum preſupponãtur in qualibet
ſcientia: nec per eandem ſcientiam vale
ant probari: ſi tamen ab aliquo negaren
tur poſſet per logicam contra ipſa negã
tes ex datis ⁊ conceſſis ab eis diſputari:
ſicut arguit Ari. 4° metaphyſice. ¶ Eſt
autem methodus via breuis ⁊ vtilis p
quam obliquitates deuitantur: ⁊ ad ter
minum faciliter deuenitur: ſic per ſcien
tias tanq̃ per breues ſemitas obliquita
tes errorum deuitamus: ⁊ ad notitiam
veritatis deuenimus: quam tamen ve
ritatis notitiam ex inuentis a nobis con
ſequi non valemus. ¶ Contra predicta
poſſet argui qꝫ logica non habet viaz ad
principia omnium ſcientiarum: quia tũc
haberet viam ad ſeipſam: quod eſt fal
ſum. ¶ Ad hoc reſpondetur vno mo
do: qꝫ hec eſt diſtributio accommoda. i.
aliis a ſe accommodata: ⁊ ſic logica ha
bet viam ad principia omnium ſcientia
rum aliarum a ſe. ¶ Aliter reſpondetur
qꝫ non eſt inconueniens idem ſeipſum di
rigere: ſicut homo dirigit voluntatez ſu
am per itellectum: cuz tamen itellectus
⁊ voluntas ſint realiter idem. Iz formali
ter diſtinguantur: ſic aliqs ſuper his que
in logica conſiderantur diſputans dirigi
tur per ſyllogiſmorum regulas que in
ipſa logica continentur. ¶ Ad euidẽti
am predictorum notandũz qꝫ duplices
ſunt artes. Quedam ſunt artes mecani
ce: quedam ſunt liberales. Principalio
res artes mecanice ad quas alie poſſũt
reduci ſunt ſeptem ⁊ continentur in his
verſibus. Lana nemus miles nauigatio
rus medicina. His ars fabrilis archi
theoronica ſit. Et dicitur architheoroniſ
ca ab archos quod eſt pnceps ⁊ theo
rin quod eſt cernere vel ſpeculari: quia
conſideratio artis fabrilis habet quandã
excellentiaz ſuper alias: inquantum alie
idigent ipſa ad ſuas operationes exercẽ
das. Iz autem ars fabrilis quo ad hoc di
catur aliis ſz qd pncipari. ſimpliciter tñ
magis famulatur ⁊ ſubſernit eo modo
quo loquitur Ari. pmo metaphyſice. ⁊
pmo ethicorum. de ſcientijs famulanti
bus que dicuntur ille quarum fines or
dinantur in fines ſciẽtiarũ ſuperiorũ ſeu
architheronicarum: ſicut finis frenefacti
ue que eſt facere frena ordinatur i eque
ſtrẽ: ⁊ equeſtris in militarez: Dicuntur
autez mecanica a mecor caris quod eſt
adulloꝝ. Ipſe enĩ dirigunt operationes
que circa corpus ſunt. Corpus autez ſa
cit animam mecari: iquantum facit eaz
auerti a creatore ⁊ puerti ad creaturaz.
¶ Artes etiam liberales ſunt ſeptem.
⁊ continentur in iſtis verſibus. Gra. lo
quitur: dia. vera docet: rem. vba colo
rat. mu. canit: ar. numerat: ge. pderat:
aſt. tollit aſtra. ¶ Grãmatica enim dõ
cet congrue loqui: Dyalectica docet ve
rum a falſo. Rhetorica docet verba co
lorare ⁊ ornare. Muſica docet canere
Ariſmetrica numerare. Geometria do
cet terraz mẽtiri. ⁊ Aſtrologia docet, de
curſu aſtrorũ. ¶ Dicuntur autẽ tres
pme triuiales qꝝ ſunt tres vie in vnum
terminum tendentes. ſ. in ſermonẽ. Or
dinantur enim ad ſermonis congruitatẽ
veritatem ⁊ ornatum. ¶ Alie dicuntur
quadriuiales. qꝝ ſunt quattuor vie i vnũ
terminum tendentes. Sunt enim ſcien
tie mathematice que tractant de quanti
tate. Ariſmetrica ⁊ muſica conſiderant
quantitatem diſcretam. Geometria ⁊
aſtrologia quantitatem continuam. Et
dicuntur liberales: quia filij liberorum ⁊
nobiliuz in iſtis antiqſus introducebat.
¶ Si queratur cum Ariſto. 6° Meta
phyſice diſtinguat ſcientiam ſpeculatiuã

realem in mathematicam: phyficam: ⁊ metaphyficam: ⁊ fcientie mathematice enumerantur inter artes liberales? cur etiam inter ipfas non ponuntur phyfica ⁊ metaphyfica? ¶ Dico ꝙ enumeratio artium liberalium eſt quo ad illas artes quibus liberi ⁊ nobiles viri antiquitus vtebantur. Inſiſtebant tunc magis mathematice ꝙ̄ phyfice ⁊ metaphyfice: quia plus mathematica cōfert ad complacentiam ⁊ curioſitatem vite preſentis cui inſtebantur antiqui: De futura vita nil certum habentes ꝙ̄ phyfica ⁊ metaphyfica. Per phyſicam etiā ⁊ metaphyficam impugnatur multitudo deorum quos colebant cum in ipſis probetur ſtatum eſſe in vno omnium pncipe: qui eſt pmum mouens immobile. Et ideo a paucis tūc phyfica ⁊ metaphyfica: ſcilicet a philoſophis q̄ erāt plus ceteris a mundo abſoluti videbantur. nunc vero eſt econtra. quia eni phyſica ⁊ metaphyſica plus conferunt ad theologiam ꝙ̄ mathematica: ideo circa ipſas maxima inſiſtunt chriſtiani. ¶ Circa predicta poſſet dubitari: vtrum logica ſit ſcientia ſpeculatiua, vel practica. ¶ Ad cuius euidentiam ſciendum ꝙ ſicut Ariſto. 2° metaphyfice dicit ꝙ ſcientia ſpeculatiua eſt illa cuius finis ordinatur ad ſcire. ¶ Practica vero ordinatur ad operationem quam dirigit. Unde practica dicitur a praxis grece qđ eſt operatio latine. ¶ Que autem ſit illa operatio cuius ſciētia practica eſt directiua declarat Sco. in prologo primi ſent. dicēs ꝙ praxis a qua ſcientia dicitur practica eſt actus alterius potentie ꝙ̄ intellectus naturaliter poſterior intellectione natus conformiter elici rationi recte ad hoc ꝙ ſit rectus: qđ ſic poteſt declarari. Operatio enim a qua ſcientia dicitur practica eſt actus elicitus ſeu productus a voluntate que eſt altera potentia ab intellectu vel actus imperatus ab eadem ſicut voluntas imperat manibus vt operentur vel pedibus vt gradiantur ⁊ cetera huiſmodi. ⁊ talis operatio naturaliter eſt poſterior intellectione. Actum enim voluntatis precedit intellectus. quia ſ̄z Auguſtinum nihil volitum niſi precognitum. Talis autem actus eſt natus conformiter elici intellectioni recte ad hoc vt ſit rectus. Ad hoc enim ꝙ operatio ſit recta oportet ꝙ conformetur dictamini recte rationis. Exemplum recta ratio dictat ꝙ elemoſyna eſt danda de pprio pauperi propter deum. Siquis det elemoſynam de alieno: aut propter inanem gloriam talis operatio non erit recta: quia non conformabitur recte rationi. Unde 6° ethicorum dicitur ꝙ electio recta neceſſario preſupponit rationem rectam. ¶ Praxis ergo a qua ſcientia dicitur practica ē operatio producta vel imperata a voluntate: ſ̄z autem intellectui imperet voluntas vt intelligat: tamen ille actus intelligendi non eſt praxis: cuius non ſit alterius potentie ab intellectu: ⁊ ſic ſibi deeſt prima conditio praxis. Ut enim dicit Ariſto. 3° de anima. Intellectus ſola extenſione fit practicus: inquantum videlicet extra ſe tendit dirigendo actum alterius potentie a ſe. Cum igitur ſtando preciſe in actibus intellectus non fit extenſus in intellectus in illis nō eſt praxis. ¶ Nec valet dicere ꝙ ſufficiat ad praxiz ꝙ vn⁹ actus intellectus extendatur dirigendo alium quia tunc principium in ſpeculatiuis eſſet practicum cum extendatur ad habitum concluſionum. Sed quid abſurdius? ¶ Ex his patet ꝙ logica nō eſt ſcientia practica cuius non ſit directiua praxis. Eſt igitur ſpeculatiua quia ordinatur ad ſcire. ¶ Sed contra hoc arguit Auic. Habitus cuius finis propius nō eſt actus propius eſt habitus practicus logica eſt huiuſmodi: ergo mino: patz: quia ordinatur ad alias ſciētias. ¶ Preterea habitus qui diuiditur in vtentem ⁊ docentem eſt practicus: logica eſt huiuſmodi: ergo eſt practica. ¶ Item ar-

gitur sic. logica docet nos arguere: ergo est pra ctica. antecedens est notum. probatur consequentia: quia argumentatio vocalis est actus a voluntate imperatus. ¶ Ad primum respondeo q̄ maior est vera: si habeat p̄o fine perfecto actum alterius generis a speculatione: ita q̄ sit directiua vere p̄axis: ⁊ sic minor est falsa. ¶ Ad secundum reducitur contra ipsum: quia assumpta maiore ad do minorem sic: sed metaphysica diuidi tur in vtentem ⁊ docentez: ergo metaphysica est p̄actica. conclusio est euidenter falsa ergo maior: quia minor concedi tur ab ipso. Et probatur q̄ omnes alie scientie vtuntur metaphysica specialiter quantū ad p̄incipia cōmunia que dicuntur dignitates: quas omnes alie scientie accipiūt a metaphysica sm philosophuz quarto metaphysice. ¶ Notandum autem q̄ logica dicitur docens inquantum considerat de secundis intentionibus instituens modum quomodo per eas p̄ocedi possit ad conclusiones in singulis scientijs ostendendas. vtens vero dicitur inquantum modo adinuento vtitur ad concludendum aliquid in singulis scientijs. ¶ Ad tertium dico q̄ argumentatio vocalis non est vere p̄axis: quia ordinatur ad scire: quia vt dicit philosophus: illa que ordinantur ad vnum tanquam ad vnum non reputantur nisi vnum. Unde logica non docet argnere vocaliter vt ibi si stamus: sed vt scimus. Argumentatio etiam vocalis ordinatur ad mentalem q̄ est opus intellectus. ¶ Et ideo in acquisitione ⁊c. Hic auctor infert ex p̄edictis q̄ in acquisitione omnium aliarum scientiarum dyalectica p̄ius debet acquiri cum omnes alie vtantur ipsa quantum ad modum arguendi. Et si arguatur q̄ grammatica p̄ius acquiritur q̄ logica. Respondeo q̄ duplex est grammatica. Quedam enim est vsualis ⁊ positiua. vt illa que est de impositionibus ⁊ significationibus terminorum ⁊ huiusmodi ⁊ hec est p̄ior in ordine doctrine ipsa logica. Alia est grammatica regulatiua ⁊ disputatiua: que per veras rationes docet discernere congruum ab incongruo: ⁊ hec est scientia ⁊ sequitur logicam: licet igitur grammatica imperfecte acquiratur ante logicam: non tamen potest haberi perfecte sine ea. ¶ Deinde dicit q̄ dyalectica dicitur: ideſt derivatur a dya quod est duo ⁊ logos quod est sermo: vel lexis quod est ratio quasi duorum sermo vel ratio scilicet opponentis ⁊ respondentis in disputatione: vel vnius tenentis locum duorum. Idem enim potest per se disputare arguendo ⁊ respondendo sibiipsi. ¶ Et notandum q̄ dya potest scribi per y grecum: ⁊ tunc significat idem quod duo: vel per i latinum: ⁊ tunc significat idez quod de. vnde versus. Scribe per y grecum dya duo significabit. Scribe per i nostrum de tibi significabit. ¶ Sed quia disputatio ⁊c. Hic auctor ponit ordinez dicendox dicens Luz disputatio non possit haberi nisi mediante sermone: nec sermo nisi mediante voce: ⁊ omnis vox est sonus: ideo a sono tanq̄z a cōmuniori est inchoandum. Hoc aūt intelligitur de disputatione vocali que non potest exp̄imi nisi per vocez. dicitur āt disputatio quasi duox putatio. ¶ Pro quo notandum q̄ sicut dicit Ari. primo phyſicox. Innata est nobis via a magis cōmunibus ad minus cōmunia p̄cedere. Cum igitur hic fit agendum de enunciatione vel p̄opositione que constituit ex nomine ⁊ verbo: in quorum diffinitione ponitur vox: ⁊ omnis vox est sonus: ideo a sono tanquam a communiori inchoandum est. Agitur autem in logica de argumentis p̄opositionibus ⁊ terminis vocalibus: quia ipsis intellectis de facili poterit cognosci quid de mentalibus ⁊ scriptis p̄oportionabiliter debeat dici.

Logica Docens

vtens

ex Grammatica positiua et disputatiua



Diffinit aũt auctor sonum dicens ꝙ sonus est quicquid ab auditu proprie ⁊ per se percipitur. Et dicitur ꝓprie quia licet homo ex campana audiãtur: tamen hoc non est proprie ⁊ per se: sed per sonũ suum. ¶ Ad cuius euidentiã sciendum ꝙ duplex est sensibile ſm Arist. 2° de anima scilicet per accidens ⁊ per se. ¶ Est aũt sensibile per accidẽs qđ accidit ei qđ est sensibile per se: sicut accidit albo esse hominem: ideo homo est sensibile per accidens. Tale aũt sensibile apprehenditur per aliquaz potentiam cognitiuam. vt ꝑ estimatiuam vel intellectiuã. ¶ Sensibile autem per se est illud qđ per se mouet sensum ad actuz sentiẽdi causando in eo speciez suaz. Et hoc est duplex: quia quoddam est propriũ: ⁊ quoddã est cõmune. ¶ Est autẽ sensibile propriuz qđ non potest alio sensu sentiri. vt sonus respectu auditus: color vel lux respectu visus: sapor respectu gustus. ⁊ sic de alijs. ¶ Sensibile aũt cõmune est illud quod apprehenditur a pluribus sensib⁹. ⁊ sũt quinqꝫ. scilicet numerus motus magnitudo figura ⁊ quies. ¶ Dicitur aũt sensibile propriuz primũ sensibile ſm Sco. iij. ⁊ ix. di. secundi sen. quia virtute propria ⁊ per propriã rationem mouet sensum. Sensibile aũt cõmune licet ꝑ se sit sensibile: non tamen primũ: quia non nisi cum alio mouet sensum. ¶ Et si arguas ꝙ cõmune sensibile sit sensibile per accidens cum accidat sensibili proprio. ¶ Respondeo ꝙ licet sensibile cõmune accidat sensibili proprio: est tamen sensibile per se cum causet speciez suaz in sensu particulari: ⁊ ab ipso apprehendatur. Non sic sensibile per accidẽs. Unde homo ⁊ campana dicuntur audiri. non ꝙ apprehendatur ab auditu: sed a virtute estimatiua vel intellectiua: cũ auditus sonum eorum apprehẽdat. ¶ Notanduz insuper ꝙ obiectuz ⁊ potentia sunt due cause partiales actus sentiendi ſm Augustinũ 2° de trinitate dicens. ꝙ ex visibili ⁊ vidente gignitur visio. Species ãt obiecti ⁊ ipsa visio sunt effectus ordinati obiecti visibilis: ita ꝙ prius nata est spẽs generari in medio ⁊ organo q̃ actus videndi ſz Sco. ix. di. secundi sen. ¶ His premissis scienduz ꝙ in diffinitione soni proprie ⁊ per se nõ ponuntur superflue quia proprie ponitur ad differentiaz sensibilis cõmunis. Sonus enim non est tale sensibile: ⁊ per se ponitur ad differentiam sensibilis per accidens. ¶ Notandum insuper ꝙ illud verbuz percipitur positum in diffinitione soni dicit aptitudinem ⁊ non actũ: sicut dicunt cõmuniter verba in diffinitionib⁹ posita. ¶ Sciendum insuper ꝙ sicut sonus cognoscitur per auditũ: ita cognoscitur silentiũ quod est priuatio soni. Priuatio etiaz cognoscitur per habituz sicut visus est cognitiu⁹ lucis ⁊ tenebre: ⁊ olfatus odorabilis ⁊ non odorabilis 2° de anima. ¶ Sonoꝝ vero ⁊c. Hic auctor diuidit sonũ dicens ꝙ sonoꝝ alius est vox. alius non vox. est diuisio generis in species. ¶ Ad bonaz diuisionem tria requiruntur. Primum ꝙ membra diuisionis non debent coincidere adinuicez. Secunduz est ꝙ mẽbra diuidentia non debent excedere diuisuz: nec excedi ab ipso. Tertiuz est ꝙ debẽt esse positiua. Unde licet due differentie diuisiue alicuius generis sic se habeant ꝙ vna includat negationez alteri⁹ vtraqꝫ tamen est aliquid positiuuz: cum ex ipsa ⁊ genere cõstituatur species. ¶ Et si arguas ꝙ sonus non vox non dicit aliquid positiuuz. ¶ Respondeo ꝙ per sonum non vocem circumloquimur aliquã speciem soni positiuam: cui non est nomen ĩpositu ꝑꝑ penuriã noĩuz. ¶ Deinde determinat auc. qd est son⁹ vox dicẽs ꝙ son⁹ vox idẽ est ꝙ ipa vox. ⁊ ẽ ibi appositio: vt aĩal hõ. Est ãt vox son⁹ ab ore aĩalis ꝓlatus nãlib⁹ instrumẽtis format⁹ ⁊ ħ diffinitio ẽ qdditatiua: qꝛ idicat rei ecẽ

Ad bonam Diuisionem tria requiruntur

Quidditatiua definitio

tiam per genus ⁊ differentiaꝫ. Unde sonus ibi ponitur tãq̃ genus: ploratus ab ore animalis ⁊c. ponitur tanq̃ differẽtia. q: per hoc differt a sono nõ voce. ¶ Sꝫ contra hanc diffinitionẽ arguitur q: vni⁹ rei est tantũ vnum esse ergo ⁊ vna diffinitio: cum diffinitio indicet esse rei: ⁊ tamen ponit alia diffinitio vocis 2° de anima. vbi dicitur ꝙ vox est repercussio aeris respirati ad arteriam vocalem cum imagine significandi. ¶ Respondeo ꝙ licet vni⁹ rei sit tantuꝫ vna diffinitio quidditatiua que indicat essentiã rei: possunt tamen plures esse descriptiones seu diffinitiones dicẽtes quid nominis: per q̃s significetur quid importetur per nomẽ seu causales que dantur per varias cãs. Et talis est diffinitio Ari. 2° de anima. Vox enim formaliter non est percussio: sed causaliter: quia scilicet est sonus causatus ex percusione aeris respirati: vt eniꝫ ibi dicit Ari. Natura vtitur respiratione ⁊ ad formationeꝫ vocis ⁊ ad mitigationem caloris. Vocalis nanq̃ arteria que est organum respiratiõis est ordinata ad pulmonem: vt ei deseruiat per attractionem aeris. Aer aũt necesse est vt recipiatur in pulmone: quia in hac parte animalia gressiua plus hñt de calore q̃ in alijs partibus. Pulmo eniꝫ coniungit cordi in quo est principium caloris naturalis. Oportet ergo ꝙ aer ingrediatur ad pulmonem propter refrigeriuꝫ caloris naturalis. Unde pulmo dicitur flabellũ cordis. Animalia aũt que multum habent sanguineꝫ multum habent de calore naturali: ideo indigent respiratiõe. non autẽ illa q̃ habẽt modicũ sanguinis vt pisces: vel que oĩno carent sanguine: vt cancri ostree apes ⁊ formice ⁊c. Talia ergo cũ non respirent non habent vocez. ¶ Ad formationem itaq̃ vocis requiritur aeris attractio: ⁊ ipsius attracti ad vocaleꝫ arteriaꝫ percussio seu reuerberatio. Fit autem cuꝫ imaginatione significandi: q: anima aerem reuerberans intendit aliquid exprimere seu significare. Ad hoc etiã requiritur lingua aerem impellens ⁊ percutiens contra palatum: dicitur autem palatuꝫ, quasi palatium lingue. Requiruntur autem alia instrumenta: que habentur per hos versus. Instrumenta nouem sunt guttur lingua palatũ. Et quattuor dentes ⁊ duo labia simul. In his versibus non ponitur pulmo nec vocalis arteria: q: satis possunt itelligi per guttur. Ipsa eniꝫ vocalis arteria est quedam vena à sumitate gutturis vsq̃ ad pulmonem extẽsa. ¶ Et notandũ ꝙ lingua guttur ⁊ palatum requiruntur ad formationẽ vocis de necessitate: ⁊ quantum ad esse ipsius vocis. Labia vero ⁊ dẽtes reqruntur quãtum ad bene esse: q: multũ faciunt ad debite formandum vocem. Et ideo aues ⁊ homines labijs ⁊ dentibus carentes incõplete ⁊ imperfecte formãt voces. ¶ Ulterius auctor diffinit sonum non vocem dicens. Sonus non vox est ille qui generat ex percussione duorũ corporũ inanimatorum vt fragor arborũ ⁊ strepitus pedũ: ⁊ similia. ¶ Debet autẽ hec diffinitio intelligi nõ solũ de corporib⁹ inanimatis: sed etiam de animatis admodũ inanimatorũ se habẽtib⁹: vt sonus causatus ex percussione pedis ꝯtra pedẽ: vel manus cõtra manũ: est sonus non vox: q: non causatur ab ipsis inquãtũ sunt animata seu nãlia istrumẽta q̃ reqruntur ad vocẽ: sꝫ inquãtũ sunt corpora firma ⁊ solida.

Vocũ aũt alia significatiua ⁊c. Hic auctor diuidit vocẽ dicẽs. ꝙ vocũ alia significatiua: alia nõ significatiua. Vox significatiua est illa q̃ auditui nr̃o aliqd repsentat. i. q̃ nata ẽ aliqd repsentare q̃tuꝫ est de se itellectui auditu mediãte. Vox enim seipsam representat auditui: cum vox sit sonus qui ẽ obiectũ auditus. Intellectui vero representat reꝫ ad quam significandam est imposita. ¶ Sunt

Defo quid

Descriptio.

autem impo ite voces ad significandu3 res secundum ipsarum p3opietates. ¶P3o quo sciendū fm Scotū di. iij. p3i mi sen. q. xv. q. quolibet o3um. q obiectum cuiuslib3 sensus imp3imit ipeciez q similitudinem suam in sensu: deinde causat species in fantasia que ē in anteri o3e parte cerebri. Ipsa autez species in fantasia non rep3esentat vniuersale actu sed quidditatez vel naturaz singulariu3 vt sunt esse in hoc tempo3e vel in hoc loco: Intellectus igitur agens cum specie que est in fantasia sunt due partiales cause ad causandum speciem intelligibilem in itellectu possibili: que rep3esentat vniuersale in actu seu naturam ipsam communem ab huiusmodi condictionibus abstractam. Unde intellectus agens 3° de anima dicitur quo est omnia facere: quia videlicet est p3ductiu9 omnium specieru3 huiusmodi. Et intellectus possibilis est quo ē omnia fieri: q3 videlicet est ipsaru3 receptiuus. ¶Habita itaq3 specie intelligibili in intellectu possibili: intellectus cum tali specie sunt due cause partiales ad causandum noticiam actualem illius rei cuius est talis species. q tunc p intellectum possunt imponi voces ad significandum res conceptas. ¶ Uox non significatiua est illa que auditui nostro nihil rep3esentat: vt buf baf. ¶Huiusmodi enim voces licet seipsas rep3esentent auditui cum sonus illarum ab auditu percipiatur: tamen de se nihil nate sunt rep3esentare intellectui mediante auditu: licet enim huiusmodi voces seu quenis alie possint designare verificationem ex modo p3oferendi: vtpote si p3oferentur cum nutu oculo3um vel capitis ac huiusmodi: hoc tamen non esset ex parte sui sed ex parte p3oferentis.

¶Deinde dimissa voce non significatiua de qua non est ad p3opositum. Auct3 diuidit vocem significatiuā in significatiuam naturaliter: q significatiuam ad placitum. Est autez vox significatiua naturaliter que apud omnes idem rep3esentat. vt gemitus infirmo3um: dolo3ez latratus canum: ira vel gaudium: cuius causa est: quia natura est cadē apud omnes que inclinat ad p3oferendu3 huiusmodi voces p3o exp3essione suarum affectionum q passionu3. ¶Et si arguatur q illa dictio gemitus ē impo ita ad significandum ad placitum. ergo non significat naturaliter. ¶Respondeo q illa dictio bene significat ad placitum: sed in p3oposito gemitus infirmo3um non sumitur p3o huiusmodi dictionibus: sed p3o planctu quem faciunt infirmi in portato per hmōi dictiones vel voces ꝛc. ¶Uox significatiua ad placitum est illa que ad voluntatez primi instituentis aliquid rep3esentat vt homo hominem.

¶Ad cuius euidentiam est sciendu3 q est o3do inter rem conceptum q scriptu3ram. ¶Ma3 primo est re: deinde cōcept9 rei qui est similitudo eius. ¶Non solum enim species est similitudo obiecti: sz est am actus concipiendi. Tertio est vox significans rem conceptam: q vltimo scriptura. Illud autem quod p3opie significatur per vocem est res secundū Scotum distinctione vigesimaseptima p3imi sententiarum. Sunt tamen signa o3dinata eiusdem significati: littera vox q conceptus: sicut etiam sunt multi effect9 o3dinati eiusdem cause: quo3um nullus est causa alteri⁹: sicut patet de sole illuminante plures partes medij: q vbi est talis o3do causato3um absq3 hoc q vnum sit causa alterius: ibi est immediatio cuiuslibet effectus respectu eiusdem cause excludendo aliud in ratione cause: non tamen excludēdo aliud in ratione effectus immediato3is: q tunc posset concedi aliquo modo effectum ꝓpinquio3ē esse causaz effectus remotioris nō ꝓprie sed ꝓpter ꝓpinquitatez talis effectus ad talē causam: ita pōt ꝓcedi de multis signis eiusdem significati o3dinatis q vnum aliquo modo est signū

7

alterius: q; dat intelligere ipsum: q; etiã mediatius signũ non significaret nisi p;/ us aliquo modo significaret im mediati? Et tamen p;opter hoc vnuz nõ est p;o/ p;ie signũ alterius: sicut patet ex alia pte de causis ꝛ causatis. ¶ Quod autẽ vox sit p;op;ie signuz rei ꝛ non intellectionis p;obat: q; alioquin quelibet affirmatiua esset falsa i qua p;edicat idez de seipso: q; intellectio vel intentio subiecti non est intentio p;edicati: licet res sit res. ¶ Sz ꝫ hoc arguit: quia Arist. in primo huius lib;i dicit: ꝙ ea que sunt in voce sunt ea/ rum que sunt in anima passionum no/ te idest signa: ꝛ ea que scribuntur eoꝝ que sunt in voce. ¶ Respõdeo ꝙ vo/ ces possunt dici signa passionum seu in/ tentionum vel intellectionum anime eo modo quo dictuz est. quia videlicet vo/ ces non significarent res prius significa/ rent per passiones. Quia enim intellect9 intelligit rem per speciem eius: vt dictũ est: ideo iuponit vocez ad significandum ipsam rem. ¶ Dicuntur aũt actus intel ligendi ꝛ species obiectoꝝ passiones aie inquantuz recipiunt in ipsa: recipere. n. est pati. ¶ Deinde diuidit auctor vocẽ significatiuã ad placituz incomplexaz ꝛ in incomplexaz. Complexa enim est illa que complectitur plures dictiones: ꝛ si/ gnificat intellectuz compositũ: vt oratio. Incõplexa est illa que non complectitur plures dictiones: ꝛ significat intellectuz simplicem: vt nomen ꝛ verbum.

De nomine.

NOmen est vox signi ficatiua ad placituz sine tempoze cuius nulla pars separata aliquid significat finita ꝛ recta Vox in ista diffinitione ponit loco generis. Significatiua ponitur ad differentiaz vocis non significatiue. Ad placituz ponitur ad differentiaz vocis significantis naturaliter: Sine tempoze ponitur ad differen/ tiaz verbi quod significat cum tempoze. Cuius nulla pars se parata significat aliquid ponitur ad differentiaz oratiõis: cuius partes separate aliqd si gnificãt. Finita ponitur ad dif ferẽtiã nominis infiniti quod non est nomen secunduz logi/ cum sed nomen infinitũ: vt nõ homo non equus. Recta po/ nitur ad differentiaz nominuz obliquoꝝ: vt catonis cato/ ni que non sunt nomina secun dum logicũ sed nomina obli/ qua vel casus nominuz. vnde solus rectus secundum logi/ cum dicitur esse nomen.

POstq̃ auctor: inestiganit in precedentibus particulas ponendas in diffinitionib9 partiũ enunciationis. hic cõ sequenter determinat de partibus ipsius integralibus scilicet de nomine ꝛ verbo. Et primo determinat de nomine: quia nomẽ se habet vt mate ria: verbum vero vt forma. materia ve ro precedit formam: ideo ꝛc. Diffinit aũt nomen dicens ꝙ nomen est vox signifi/ catiua ad placitum sine tempoze: cuius nulla pars separata aliquid significat fini/ ta ꝛ recta. ¶ Ad cuius euidentiaz scien/ dum ꝙ dictio terminus ꝛ nomen idem sunt secunduz rem: sed differunt secun/

dum rationez. Dicitur.n.nomē vel verbuz ex rōne significādi vel modi significādi. Unde tam nomen q̄ verbū cōponitur ex voce ⁊ significatione ⁊ modo significandi. Nomen enim significat per modum habitus ⁊ quietis: vnde significat sine tempore. verbum vero significat per modum fluxus vel fieri: ⁊ ideo significat cuz tempore. dictio vero ex eo q̄ est pars enunciationis. terminus vero ex eo q̄ est pars propositionis. Uñ diffinitur ab Aristo. in principio priorum dicens. Terminus est in quem resoluitur propositio. aliquando tamen terminus dictio ⁊ nomen sumuntur pro omni incomplexo Determinatur autem hic de nomine ⁊ verbo sub propria ratione ⁊ sub ratione qua est dictio seu pars enunciationis. ¶ De alijs autem partib⁹ orationis hic non determinatur: tuz quia ex nomine ⁊ verbo constituitur enunciatio tum q: alie partes orationis per attributionem se habēt ad has duas. Unde ad nomen reducitur pronomen ad verbū aduerbium: ⁊ prepositio ad vtrunq̄: eo q̄ preponitur vtriq̄. ⁊ coniunctio similiter ⁊ participiuz ex eo q̄ partem recipit ab vtroq̄. Item notandum q̄ differentia est inter significare tempus: ⁊ significare cum tempore. Significare eniz tempus est de proprio significato importare tempus: ⁊ sic nomina aliqua bene significant tēpus: vt annus mensis dies ⁊c. Significare vero cum tempore est: in principali significato importare tēpus vt curro. Curro in principali significato importat tempus presens: ⁊ sic nō significat sine tempore. ¶ Uiterius est notādum q̄ triplex est negatio: scilicet negatio negans: negatio priuans ⁊ negatio infinitās. Negatio priuans est illa que negat actum ⁊ ponit aptitudinem in subo: vt cecus est ille qui non videt: est tamen aptus natus videre. Negatio infinitans est illa que cadit solum supra terminum quem infinitat: vt non homo. vnde ex tali negatione ⁊ dictione super quam cadit fit vna dictio tantuz que potest sumi pro omni re alia ab homine. potest etiaz dici de non ente: vt chymera est nō hō. ¶ Est eniz chymera ens compositū ex impossibilibus cōponi. ¶ Negatio negans est illa que quicquid inuenit destruit: ⁊ eius oppositum ducit: ⁊ talis cadit supra copulaz: vt non homo currit. si ly non sumat̄ infinitaliter sensus est q̄ aliqua res que non est homo currit: ⁊ est propositio affirmatiua cum copula principalis non negetur. Si vero sumatur negatiue sensus est q̄ nullus homo currit. ⁊ sic propositio est negatiua. ¶ Notandum insuper q̄ nomen potest capi dupliciter. vno modo pro ipsa secunda intentione seu relatione signi quam per se significat. alio modo pro re concepta sub secunda intentione primo modo. Utrūq̄ autem pōt hic diffiniri lz diuersimode. Si.n. diffiniatur ipsa secūda intētio primo mō tūc nō est predicatio formalis dicēdo nomē est vox: sed est predicatō fundamētalis seu materialis. Ipsa.n. secunda intentio non est vox formaliter: sed est habitudo vocis significatiue sine tempore ad rem significatam. ¶ Licet enim intentiones logicales non possint diffiniri diffinitione dicente quid rei: cum non sint realia entia: possunt tamen diffiniri diffinitione exprimente vnuz cōceptum per se in intellectu: siue ille conceptus sit extra conceptus rei: siue rationis s̄z Sco.j.di.quarti sen. Illa ergo intentio que dicitur nomen notificatur in proposito per suuz fundamentum: sicut fit communiter in relationibus cum dicitur nomen est vox. diffinitur autem huiusmodi intentio in concreto propter suā modicam entitatem. Nomen igitur est vox: idest nomen est quedam secunda intentio radicata in eo quod est vox significatiua ad placitum. Si vero in proposito diffiniatur res concepta sub secunda itentione: tunc est predicatio formalis di-

Nego negat infinitat

2ᵉ intentiones q̄ mō diffiniri pōt

cendo nomen est vox. Est enim vox de
concepta formali nominum vocalium:
ficut superiora sunt de conceptu inferio
rus. vnde dicit Scotus di. iij. quarti sen.
q relatio rōnis in ꝓcreto dicit de re ex
tra quēadmodū hec ē vera: hec vox ho
mo est nomen ⁊ signus creature huma
ne. ita econuerso in diffinitione talis con
creti potest poni res extra vt additū tan
q̄ fundamentum relationis. vt dicendo
nomen est vox. ¶ Quod autem hic dici
tur de diffinitione nominis potest dici de
ceteris diffinitionibus intentionum logi
calium: de quo magis videbit. c. de ꝓprio
genere. ¶ His premissis patet diffi
nitio nominis in qua ponitur vox tanq̄
genus ad nomina vocalia ⁊ ceteras vo
ces. Cetera vero ponunt vt differentie.
Et sic diffinitio est bene assignata cus de
tur per genus ⁊ differentiam. Unde si
gnificatiua ponitur ad differentiaz vocis
non significantis ad placitus ad differen
tiam vocis significantis naturaliter: sine
tēpore ad differentiaz verbi: qō signi
ficat cum tempore: cuius nulla pars se
parata aliquid significat ad differentiam
orationis cuius partes separate aliquid
significāt. ¶ Et si arguatur q̄ partes no
minis compositi aliquid significent sepa
rate: vt partes hui⁹ nominis equiferus.
¶ Respondeo quod partes huius no
minis separatim considerate inquantus
sunt partes illi⁹ dictionis nihil significāt.
Et causa est qa nulla pars in nomine cō
posito imponitur ad significandum: sed
totum nomen cōpositum vnico concep
tu significat suaz significationem. Unde
dicit Arist. q̄ in hoc nomine equiferus:
ferus per se nihil significat: inquantus sci
licet est pars illius nominis: inquantum
autem est pars huius orationis equus
ferus tunc aliquid significat. Finita po
nitur ad differentiam nominis infiniti:
quod nō est nomen apud dialecticū. Lo
gicus enim intendit determinate discer
nere verum a falso. Nomen enim infini
tum non significat aliquaz rem determi
natā: vt non homo: sed posset sumi pro
infinitis rebus si essent que nō essent ho
mines. Recta ponitur ad differentiam
nominum obliquorum: vt catonis cato
ni catonem: que non sunt nomina apud
dyalecticuz: sed casus nominum. Descē
dit enim a nominatiuo. Unde solus no
minatiuus siue rectus dicitur nomē esse
apud logicum. Oratio aūt obliquis con
stituta non est perfecta nisi inquantuz re
ducitur ad orationem constitutam ex no
minatiuo ⁊ verbo personali.

De verbo.

VErbum est vox signi
ficatiua ad placituz
cum tempore cuius
nulla pars separata
aliquid significat finita ⁊ recta
Cum tempore ponitur ad dif
ferentiaz nominis quod signi
ficat sine tempore. Finita po
nitur ad differentiā verbi infi
niti: vt non currit nō laborat:
que non sunt verba secunduz
dyalecticuz sed verba infinita
Recta ponitur ad differentiā
verborum obliquorum: vt cur
rebam cucurri cucurrit cucur
rebat: que non sunt verba ſm
dyalecticū: ſz verba obliqua.
vnde solum verbum presen
tis temporis indicatiui modi
secunduz dialecticum dicitur
esse verbū. Reliqua vero ver
ba eiusdem modi ⁊ aliorum
modorum dicūtur verba obli

qua. Alie vero particule ponuntur hic eadez rōne qua ponebantur in diffinitione noīs. Et scienduz est ꝙ dyalecticus ponit tantū duas partes orationis scilicet nomē ⁊ verbuz. Alias autez appellat sincathegoreumaticas: idest cum aliis significatiuas.

qñ obliquus ponit a parte predicati pro positionis cõuerse: tunc verbũ debet resolui i suũ participiũ ⁊ ipsum cũ obliquo ponere a parte subi cõuertentis. ¶ His premissis visis pz rñsio ad argumenta. ¶ Ad primuz quando arguit: nulla virgo fuit corrupta. dico ꝙ illa est vera sumẽdo subm pro pñti tempore ⁊ predicatuz pro tpe preterito: qr nulla que nunc est virgo fuit corrupta tpe preterito: ⁊ tunc debet cõuerti in illã: nulla que fuit corrupta est virgo. ¶ Ad secundũ dicẽdũ ꝙ illa nullus senex erit puer est vera sumendo subm pro tpe pñti: ⁊ predicatũ pro tpe futuro. Nullus.n. q nunc est senex erit puer tpe futuro: ⁊ tũc debet ꝯuerti in illã nullus q erit puer est senex. ¶ Ad tertiuz dico ꝙ illa propõ quidaz homo est mortuus est vera sumẽdo subm pro tẽpore preterito. Unde sensus est ꝙ quidaz q fuit homo est mortuus. ⁊ tunc dz conuerti in istã quoddaz mortuũ est vel fuit homo. ¶ Ad quartũ dico ꝙ illa nullus ciuis est mulier est vera ꝑ masculis quia ly ciuis per ly nullus restringit ad standuz pro masculis ⁊ tunc conuertitur in istam. nulla mulier est ciuis masculus. ¶ Ad quintũ dico ꝙ illa panis est in furno cõuertitur in istaz: ens in furno est panis. Conuersio per accidẽs est facere de subo predicatuz ⁊ econuerso manente eadem qualitate sed mutata quantitate. Et hoc modo dicit auctor conuerti vniuersalem affirmatiuã in particularez affirmatiuam. Unde vniuersalis affirmatiua infert particularez affirmatiuã. exẽpluz cõuersionis per accidens. Omnis hõ est currens ergo quoddã currẽs est homo. ⁊ vniuersalem negatiuã in particularem negatiuã vt nullus homo est lapis. ergo quidaz lapis nõ est hõ. ¶ Sz contra hoc arguit qr Arist. pº priorum tractans de conuersionib⁹ dicit vniuersalem affirmatiuã conuerti in particularez affirmatiuam de vniuersali negatiua nullam faciẽs mentionem. ¶ Rñdeo sm Sco. xxj. di. primi sententiaꝝ. ꝙ vniuersalis negatiua non cõuertitur in particularez negatiuã licet inferat eaz. Ubi sciendum ꝙ conuerti per accidens est cõuerti per aliud. s. per particularẽ affimatiuaz. Unde qr vniuersalis affirmatiua infert particularez affirmatiuaz: ⁊ conuertitur simpliciter particularis affirmatiua in ꝑticularem affirmatiuã: ideo vniuersalis affirmatiua per accidens in ipsaz conuertitur: licet aũt vniuersalis negatiua inferat particularem negatiuã. qr tamen ꝑticularis negatiua non cõuertit simpliciter. iõ vlis negatiua nõ ponit ab Ari. cõuerti ꝑ accidẽs. Sz qd dicemus ad auctorẽ? Põt dici ꝙ auctor dicit vniuersalẽ negatiuã ꝯuerti ꝑ accidẽs in particularẽ negatiuã. qr ipsam infert large accipiẽs ꝯuersionez pro qualibet illatione in terminis trãspositis. Seqtur.n. nullus hõ est lapis. ergo nullus lapis est hõ ꝑ cõuersionẽ simplicẽ. ⁊ vltra quidã lapis nõ ẽ hõ ꝑ legẽ subalternarũ. philosophus autez accipit cõuersionẽ magis stricte: qñ scilicet aliqd sm se in aliud cõuertit: sicut in ꝯuersione simplici: vel ꝑ aliud qd ꝯuertit i ipsum: sicut in cõuersione vlis affirmatiue in particularẽ affirmatiuã ꝑ particularẽ q̃ in ipsaz ꝯuertit: vt oĩs hõ est aĩal. ergo qdaz hõ est aĩal: ⁊ vltra. ergo quoddã aĩal est hõ ꝑ ꝯuersionẽ simplicẽ. ⁊ tũc a pmo ad vltimuz. Oĩs hõ est aĩal. ergo quoddã aĩal ẽ hõ ꝑ ꝯuersionẽ ꝑ accidẽs. Et si arguat ꝙ ꝑticularis negatiua ꝯuertit simplr i ꝑticularẽ negatiuã. bñ.n. seqtur qdã hõ nõ est lapis: ergo quedã lapis nõ est hõ: ergo vlis conuertit ꝑ accidẽs in ipsam. ¶ Respõdeo ꝙ illa ꝯña tenet rõne materie ⁊ nõ gratia forme. Unde nõ valet in alijs terminis. Nõ.n. sequit quoddã animal nõ ẽ hõ. ergo qdã hõ nõ ẽ aĩal.



Circa ꝯuersionez ꝓpositionum nõ quãtaꝝ etiã propositionũ exceptiuaruz reduplicatiuarũ ⁊ exclusiua

rum potest oriri difficultas. ¶ Vbi sciendum q̄ propositiones exceptiue dicunt̄ ille in quibus ponitur preter nisi ⁊ consimiles. vt omnis homo preter sor. currit equiualet isti: omnis hō alius a sorte currit ⁊ cōuertitur in hāc. quoddam currēs est homo alius a sorte vel quoddaz currens qō non est sor. est homo. ¶ Propositiones vero reduplicatiue dicuntur ille in quibus ponuntur ille dictiones inquantū: vt ſm q̄. ⁊ consimiles reduplicatiue sumpte. ¶ Vbi sciendū ſm Scotum. iij. q. quolibetorum. q̄ reduplicatio potest sumi dupliciter. s. reduplicatiue ⁊ specificatiue. reduplicatiue quidem sumitur quando notat terminuz sibi additum esse causam precisaz inherentie predicati ad subiectum. vt ista homo inquantū rationalis est risibilis. denotatur q̄ rationalitas ē causa precisa risibilitatis. Unde equiualet isti homo q: rationalis est risibilis: ⁊ conuertitur in istaz aliquid quod inquantū rationale est risibile est homo. Specificatiue sumit̄ quando non notat talez precisionem cause: sed denotat predicatū non repugnare subiecto considerato sub tali ratione. vt homo inquantuz rationalis est albus ly inquantuz specificat q̄ homini considerato sub ratione rationalitatis non repugnat albedo. est aūt bona ꝓña a reduplicatiua ad suam prelacentem. Unde bene sequitur oīs homo inquantū rationalis est risibilis: ergo omnis homo est risibilis. ¶ Propositiones aūt exclusiue sunt ille in quibus ponunt̄ iste dictiones tantuz solum ⁊ consimiles exclusiue sumpte: vnde hec dictio soluz potest capi dupliciter. vno modo cathegorematice. ⁊ tunc tantuz valet sicut solitarius. vnde solus sor. currit equipalet isti. sor. solitarius seu alteri in illo loco nō associat currit. ⁊ sic non sumitur exclusiue. Est enim vera etiaz posito q̄ alij homines currant. Si aūt solus sumatur sin cathegorematice tunc facit ꝓpositionem exclusiuam. Unde ista solus sortes currit habet duas exponentes. Sor. currit. ⁊ nullus alius a sorte currit. Conuertitur aūt exclusiua ſm. Sco. xxj. di. primi sen. in vniuersalem affirmatiuam de terminis transpositis. vt ista tantum homo est risibilis conuertitur in istam. omne risibile est homo: qō sic probatur licet enim ista habeat communiter duas exponentes: tamen intellectus eius potest sufficienter exprimi per hanc. Null⁹ non homo est risibilis: que conuertitur in istam. Nullum risibile est non homo ⁊ tunc vltra. omne risibile est homo ſm illud secundi perybermenias. ¶ Ad negatiuaz de predicato infinito sequitur affirmatiua de predicato finito. ¶ Hoc aūt est verū de terminis simplicibus ⁊ non compositis. Exemplum sit lignum terminus simplex. ⁊ lignum album termin⁹ cōpositus. bene enim sequitur hoc non ē non lignum. ergo est lignum. Non autē sequitur demonstrato homine vel equo hoc non est lignum non album: ergo est lignum album. ¶ Conuersio per cōtrapositionem est facere de subiecto predicatum ⁊ econuerso, manente eadem q̄litate ex quantitate. sed mutatis terminis finitis in terminos infinitos. Et hoc mōdo cōuertitur vniuersalis affirmatiua ⁊ particularis negatiua. vt omnis hō est animal: omne non animal est non homo quidam asinus non est lapis: quidaz nō lapis non est non asinus. ¶ Circa qō notandum q̄ hec conuersio dicitur per cō trapositionez. q: in cōuertente ⁊ conuersa ponuntur termini contradictorij. s. terminus sumptus sine negatiōe. videlicet terminus finitus ⁊ terminus sumptus cuz negatione. i. termin⁹ infinitus. ¶ Dicit vltērius auc. q̄ ex signo q̄ est in subo propositionis cōuerse cū eius predicato debet fieri subm cōuertentis q̄ habz veritatez in conuersione simplici ⁊ per contrapositionez vbi manet eadez quantitas ⁊ non in cōuersione per accidēs vbi mutatur quantitas. hz etiā veritatē qñ ꝓpō-

nis ꝙuerſe eſt termin⁹ cõis ⁊ non ſingularis: q⁹ terio ſingulari nõ ꝑt addi ſiguñ. ¶ Eſt ãt eadẽ ꝙuerſio ꝓticularis idefinite ⁊ ſingularis. q⁹ ſicut ſingularis ꝓ vno ſuppoſito verificaꝫ ita ꝓticularis ⁊ idefinita. Nõ ſic eſt de oppõne q⁹ ſingularis affirmatiua ⁊ negatiua ꝺicũt cũ idẽ aſſeraꝫ ⁊ negeꝫ de eodẽ ſuppoſito. Nõ ſic de ꝓticularib⁹ ⁊ idefinitis: q⁹ in ipſis ſ̃z põt ſupponere ꝓ vno ſuppoſito vel ꝓ alio diſiũctiue. De cõuerſionib⁹ autem ponunt verſus ſequentes. Aſſerit. a. negat. e. ſunt vr ambe. Aſſerit. i. negat. o. ſunt ꝓticulariter ambo. Simpliciter feci conuertitur ena per acci. Aſto per contra ſic fit cõuerſio tota.

De ꝓpoſitione hypothetica.

PRopoſitio hypothetica eſt illa q̃ habet duas cathegoricas ꝓpões tãq̃z ꝓncipales ptes ſui vt ſi hõ currit hõ mouet. Et ꝺr hypothetica ab hypos ꝙ ẽ ſub ⁊ theſis qõ ẽ poſitio q̃ſi ſuppoſitio ſue ſuppoſitiua locutio. q⁹ vna ps ei⁹ ſupponit alteri. ¶ Dꝛopõnũ hypotheticarũ: alia ꝙdictionalis: alia copulatiua: alia diſiũctiua. Cõdictiõalis ẽ illa i q̃ cõiũgunt due cathegozice ꝑ hãc cõiũctionẽ ſi. vt ſi ſoz. currit ſoz. mouet. Et illa cathegorica cui imediate ꝓponit illa coniũctio ſi ꝺr añs: reliq̃ vero ꝓñs. Copulatiua eſt illa i q̃ cõiungunt due cathegozice per hãc cõiunctionez et: vt ſoztes currit ⁊ plato diſputat. Diſiũctiua eſt illa in q̃ ꝓiũgunt due cathegozice per hãc cõiunctõnez vel. vt ſoz. currit vel plato diſputat. Ad veritatẽ cõdictionalis exigit ꝙ añs nõ poſſit eẽ verz ſine cõſequẽte. vt ſi hõ eſt aial eſt. Vnde ois cõdictionalis vera eſt neceſſaria: ⁊ ois falſa eſt ipoſſibilis. Ad falſitatez eius ſufficit ꝙ añs poſſit eẽ verz cõſequẽte exiſtẽte falſo vt ſi homo eſt: albũ eſt. Ad veritatẽ copulatiue exigit vtrãqz partẽ eſſe verã. vt hõ eſt aial. ⁊ deus eſt. Ad falſitatẽ ei⁹ ſufficit alterã ptẽ eſſe falſam. vt hõ eſt aial. ⁊ equ⁹ ẽ lapis. Ad veritatẽ diſiũctiue ſufficit alteraz ptez eſſe verã. vt hõ eſt aial. vl̃ equus eſt lapis tamẽ pmittit ꝙ vtraqz ſit vera: ſed nõ ita ꝓprie: vt hõ eſt aial vel equ⁹ eſt hinnibilis. Ad falſitatem eius exigitur vtranqz ptẽ eſſe falſaz vt hõ ẽ aſin⁹: vl̃ equ⁹ eſt lapis.



Oſtq̃ auctoꝛ ꝺterminauit ꝺ ꝓpoſitione cathegozica. hic ꝓprie agit ꝺe ꝓpõe hypothetica. Eſt ãt ꝓpõ hypothetica que hẽt duas cathegozicas tanq̃ partes ꝓncipales ſui cõiunctas. ſ. per aliquaz cõiunctionẽ vel per aliquod aduerbiũ. ¶ Ulterius notandũz ꝙ ſicut in ꝓpõne cathegozica ſubm ⁊ predicatũ ſe habẽt vt materia: copula vero vt forma: ſic in hy

pothetica due cathegorice se hñt vt materia ⁊ cõiunctio ipsas cõiungens vt forma. ¶ Si arguatur ꝙ ꝓpõ hypothetica non sit propõ: qꝛ qđ non est vna propositio nõ ē ꝓpõ ꝑm Aristo. libro elẽcoꝝ sed hypothetica est plures cathegorice. ergo nõ est propõ. ¶ Rñdeo ꝙ est vna ab vnitate cõiunctionis ipsas cathegoricas vnientis. Dicitur ãt hypothetica ab hypos quod est sub ⁊ thesis positio q̃si suppositiua locutio: qꝛ vna ponit̃ sub altera. s. posterior sub prima quã sequitur Et diuiditur incõdictionalẽ copulatiuã ⁊ disiunctiuaꝫ. De causali vero tẽporali ⁊ locali nõ facit auc. mentionẽ: qꝛ reducũt̃ ad alias vt videbit̃. ¶ Cõdictionalis est illa in qua cõiunguntur due cathegorice per hanc coniunctionem si. vt si hõ currit homo mouet̃. ⁊ illa cathegorica cui imediate cõiungit̃ hec cõiunctio si dicitur antecedens ⁊ alia ꝯñs. ¶ Circa qđ notandũ ꝙ propõ dicit̃ cõdictionalis: qꝛ ponit tm̃ cõdictionalr̃ veritatẽ sui ꝯñtis ⁊ non absolute. videlicet si antecedẽs sit veruꝫ denotando cõsecutionẽ vnius ꝓpositionis ad aliã qꝛ vero in causali ꝯñs infertur ex antecedente qđ est causa eiꝰ vt qꝛ sol lucet dies est. ideo potest reduci ad cõdictionalẽ. ¶ Contra hoc arguit̃ dupliciter. primo sic. Ista est condictionalis. Si asinus volaret: asinus haberet alas: cũ non sit copulatiua nec disiunctiua: ⁊ tamen non coniungunt̃ due cathegorice. ergo diffinitio propositionis condictionalis non est bene assignata. ¶ Itẽ ista est condictionalis. Sortes currit: ergo sor. mouetur. ⁊ tamen non coniũgũtur due carhegorice, per notam condictionis si. ¶ Respondeo ad primum ꝙ ibi possunt esse due cathegorice reducendo coniũctiuas orationes ad indicatiuas. ¶ Ad secundum dico ꝙ licet in illa non coniungantur due cathegorice per hanc coniunctionez si. coniunguntur tamen ꝑ aliam sibi equiualentem idest per illam coniunctionem: ergo que denotat illationez consequentis ex antecedente. ¶ Et notandũ ꝙ in condictionali ē bona ꝯñtia arguendo a positione antecedẽtis ad positionem cõsequentis: vel a destructione consequẽtis ad destructionẽ antecedẽtis. ¶ Copulatiua est illa in qua cõiungunt̃ due cathegorice per hanc cõiunctionem ⁊. vel per aliã sibi equalentẽ. vt sor. currit ⁊ plato mouet̃. ¶ Est autez differẽtia inter copulatiuã ⁊ de copulato extremo: qꝛ in copulatiua ꝯiungunt̃ due cathegorice ꝑ hãc cõiunctionẽ ⁊. In illa vero q̃ est de copulato extremo cõiunctio ponit̃ inter ꝑtes subi vl̃ predicati. vt sor. est albꝰ ⁊ musicus. ¶ Ad copulatiuã reducit̃ tẽporalis ⁊ localis. Exẽplũ de tẽporali vt sor. currit qñ mouet̃. i. sor. in aliquo tꝑe currit ⁊ in illo mouet̃. Exẽpluꝫ de locali vt sor. currit vbi mouet̃. i. sor. currit in aliquo loco ⁊ in illo mouetur. ¶ Disiunctiua est illa in qua cõiungunt̃ due cathegorice ꝑ hanc cõiunctionẽ vel: seu ꝑ aliaꝫ sibi equalentẽ. vt sor. currit vl̃ plato scribit. ¶ Circa ꝙ notãdũ ꝙ cõiunctio disiunctiua ⁊ est cõiunctio ⁊ est disiunctiua: inq̃ntũ est coniunctio coniungit voces: iuquãtũ aũt est disiunctiua disiungit significata. ¶ Notandũ etiã ꝙ cõiunctio disiunctiua põt poni inter duas ꝓpõnes: ⁊ sic fac̃ ꝓpõnẽ hypotheticã: vl̃ int̃ partes p̃dicati ⁊ subi. ⁊ sic est de disiuncto extremo: vt sor. vl̃ pla. currit. ¶ Ad veritatẽ cõdictionalis exigit̃ ꝙ añs non possit esse veꝝ sine ꝯñte. Unde oĩs condictionalis vera est necessaria qꝛ ꝯñs necessario sequit̃ ad añs. ¶ Ad falsitatẽ ãt eius sufficit̃ ꝙ añs possit esse veꝝ sine cõsequẽte. Unde oĩs cõdictionalis falsa est impossibilis. Impossibile est enim ꝙ si antecedens sit verum ꝙ illud quod necessario sequitur ad ipsum sit falsum: cũ ex vero non sequatur nisi verum ex secundo priorum. ¶ Et notandum ꝙ duplex est necessitas. quedam est necessitas cosequentis. ⁊ quedam consequentie. Necessitas consequẽtis est quãdo cõ

Copulatiua

Tpl̃is et Localis

Causales

Noctas 2ª

18

sequens est in se necessariū: vt homo est risibilis. ¶Necessitas ꝓñe est quādo consequēs necessario sequitur ad antecedēs licet vtrunq; sit contingens in se: vt si hō currit homo mouetur. Et ista necessitas exigitur ad cōdicionalem. non aūt ꝓma vnde cōdictionalis potest esse necessaria licet tam antecedēs q̄ ꝓñs sit impossibile. vt si homo est asinus est rudibilis. ꝓma necessitas dicitur necessitas simplicit̄ secunda vero ſm quid. ¶Ad veritatez copulatiue exigitur vtrancq; partem esse veram. vt homo est animal: ⁊ deus est. Cuius causa est quia tota copulatiua se tenet admodū totius integralis. ad cuius positionem requiritur positio cuiuslibet partis principalis eius. ¶Ad falsitatez eius sufficit vnam partem esse falsam: sicut destructio partis principalis arguit destructionem totius vt si paries nō sit nec domus est. Ex predictis patz q̄ a tota copulatiua ad quamlibet eius partez est bona consequentia. ¶Ad veritatem disiunctiue sufficit alteram partē esse veram. se enim habet admodū totius vlis ad cuius positionem sufficit positio vnius partis eius subiectiue: vt ad positionem animalis sufficit positio hois vel equi. ¶Ad falsitatez eius oportet vtrāq; partem esse falsam. cum. n. ad veritatē eius sufficit veritas vnius partis opz ad hoc q̄ sit falsa q̄ vtraq; ps eius sit falsa.

De equipollentiis

Sequitur de equipollentiis de q̄b⁹ dant tales regule. Pria est q̄ si alicui signo vniuersali vel particulari preponatur negatio eqpollet suo contradictorio vt iste equipollent. Nō omnis homo currit ⁊ quidam homo non currit. Secunda regula est q̄ si alicui signo vniuersali postponatur negatio equipollet suo cōtrario vt iste due equipollēt. omnis homo non currit nullus homo currit. Tertia regula est q̄ si alicui signo vniuersali vl̄ particulari preponatur ⁊ postponatur negatio equipollet suo subalterno vt iste due equipollent non omnis hō non currit quidam homo non currit. vel non nullus homo non currit quidam homo nō currit. ⁊ dicte regule in his versibus continētur. vnde versus. Pre cōtra dic post contra pre postq; subalter. Non omnis: quidaz non: ois nō: quasi nullus. Nō nullus quidaz: sed nullus nō: valet omnis. Non aliquis nullus: non quidā non valet ois. Non alter neuter. neuter non prestat vterq;. Ex istis regulis infertur regula que talis est. si duo signa vniuersalia negatiua ponantur in eadē locutiōe ita q̄ vnum sit in subiecto ⁊ reliquum in predicato equipollet suo contradictorio vt nihil ē nihil equipollet huic: quodlibet est aliquid: quia per secūdam regulaz: nihil nō ⁊ quodlibet: equipollent sicut ois nō

⁊ nullus ⁊ per primā regulaꝫ non nihil ⁊ aliquid ęquipollent: sicut non nullus ⁊ quidā ⁊ sic due p̄me sūt ęqpollētes.

Circa qd̄ notandū ꝙ equipollētia est equalentia duarū ꝓpōnum in quātitate ⁊ qualitate: veritate ⁊ falsitate mediāte signo per aduētū negationis. Et dicit̄ de equipolleo es qd̄ idē est ꝙ equaleo es: ⁊ ponunt̄ tres regule. p̄ma est ista. Si alicui signo tam vniuersali q̄ꝫ ꝑticulari preponat̄ negatio equipollet suo contradictorio. i. ꝓpōnes que prius erāt cōtradictorie eqpollebūt vt iste sunt cōtradictorie: omnis hō currit: quidā homo nō currit: preponat̄ negatio vni earū equipollebūt. vt nō omnis hō currit equipollet huic quidā homo nō currit. Causa huius regule est qꝛ negatio negans est talis nature ꝙ quicqd post se inuenit destruit ⁊ eius oppositū ponit. Unde negat qualitatē ⁊ quantitatē. Si. n. inueniat ꝓpositionē vniuersalem facit ipsam ꝑticularē ⁊ econuerso Si inueniat ꝓpositionem affirmatiuā facit eā negatiuā ⁊ ecōuerso. ⁊ sic negatio ꝓposita signo facit propositiones prius repugnantes in qualitate ⁊ quantitate esse eiusdē qualitatis ⁊ quantitatis. ⁊ sic facit ꝓpositiones que prius erant cōtradictorie equipollere. Ex p̄dictis patet ꝙ due negationes equiualent vni affirmationi. Negatio. n. negans vnum oppositum ex cōseqnenti ponit aliud. ⁊ sic negatio negans negationē ex cōsequēti ponit affirmationeꝫ. Nō sic est aūt de duabus affirmationib⁹. Natura. n. affirmationis nō est destruere sed ponere. ⁊ iō affirmatio addita affirmationi ipsam fortificat. qꝛ due affirmationes non equiualent vni negationi: sicut due negationes vni affirmationi. ¶ Contra predicta arguitur ⁊ videtur ꝙ negatio non debeat addi signo: quia aduerbiuꝫ habet determinare verbū: sed negatio est aduerbiū ergo debꝫ determinare verbū ⁊ non signum. probatur maior per Priscianuꝫ dicentez ꝙ aduerbiū est vim verbi adiectiuum. ¶ Respondeo ꝙ aduerbiū primo ⁊ per se habet determinare verbuꝫ secundo autem ⁊ ex cōsequenti pōt determinar̄ nomē. ⁊ sic potest addi signo. ¶ Si arguit̄ per Ari. primo peryhermenias dicentem ꝙ negatio non debet addi signo. ¶ Dico ꝙ loquit̄ de negatione infinitante: ⁊ non de negatione negāte: qꝛ vꝫ signum non est infinitabile cum per se nihil significet. ¶ Scd̄a regula talis est ꝙ si alicui signo vniuersali postponatur negatio equipollet suo cōtrario. i. facit propositiones que prius erant contrarie equipollere: vt iste sunt contrarie: omnis homo currit ⁊ nullus homo currit. postponatur negatio subiecto vnius illarum equipollebunt vt omnis homo nō currit: ⁊ nullus hō currit equipollēt. Causa huius regule est qꝛ cōtrarie sunt eiusdem quātitatis: ⁊ differunt soluꝫ in qualitate. Negatio igitur postposita subiecto non mutat quātitatem: cū nō agat ante se: qꝛ vero cadit supra copulaꝫ: mutat qualitatē: ⁊ sic sunt eiusdeꝫ qualitatis ⁊ per cōsequens eqpollent. ¶ Sed cōtra hoc arguit̄ sic in istis. omne currens mouet̄. ⁊ nullū non currens mouet̄ est negatio postposita signo vniuersali: ⁊ tñ nō eqpollēt cū p̄ma sit vera ⁊ scd̄a falsa. ¶ Rñdeo ꝙ negatio debꝫ poni post signum. i. post subiectū qd̄ per signuꝫ denotatur vt cadat super copulā: nō sic est in ꝓposito: qꝛ illa negatio nō que precedit ly currēs solū cadit sup terminū quē ifinitat. ¶ Tertia regula c̄ si alicui signo vl̄i ⁊ ꝑticulari preponat̄ ⁊ postponatur negatio eqpollet suo subalterno. i. facit ꝓpōnes q̄ prius erāt subalterne eqpollere: vt iste sunt subalterne. oīs hō currit: ⁊ qdā hō currit: preponat̄ ⁊ postponat̄ negatio subiecto vni⁹ illaꝝ equipol

lebunt. vt non omnis homo non currit equipollet hinc. quidaz homo currit. causa huius regule est qz subalterne sunt eiusdē qualitatis diuerse quātitatis: quia igitur vna negatio negat aliā remanet ea dē qualitas. Negatio aūt p̄cedens signū mutat quātitatē ⁊ sic eqpollent cum sint eiusdē qualitatis ⁊ q̄ntitatis. ¶ De equipollentijs subcōtrariarū non dat̄ aliqua regula: quia satis est euidēs qz si postponatur negatio subiecto particularis affirmatiue eqpollebit particulari negatiue seu erit idem cū ipsa. ¶ Ex p̄missis infert auctor quartā regulam que talis est. Si duo signa vniuersalia negatiua ponant̄ in eadē locutione. vnū a parte subiecti ⁊ aliud a parte predicati. primū equipollet suo contrario: ⁊ secundum equipollet suo contradictorio: cuius causa est qz negatio secundi signi postponit̄ primo signo: ⁊ sic facit ipsum equipollere suo cōtrario per secundā regulā: ⁊ negatio primi signi p̄ponitur sc̄o signo: ⁊ sic per primā regulā facit ipsuz equipollere suo cōtradictorio. vnde nihil est nihil trī vz sicut quodlibet est aliud. ¶ Contra hoc argumentatur qz hec est negatiua nihil est nihil cū vna sola negatio precedat copulā: alia antē est affirmatiua. ergo non equipollent. ¶ Respōdeo qz ly negatio iclusa in sc̄o nihil sequat̄ copulā p̄m situm terminorū. tñ intelligitur p̄cedere q̄tuz ad sensum orationis. vnde secundū nihil dz exponi pro nō ⁊ p aliqd. ⁊ est sensus nihil est nihil. i. nihil nō est aliquid. ponit̄ aūt secunda a pte p̄dicati eo qz includit̄ in se terminuz siue distributionis quod est p̄dicatū eiusdē propōnis. ¶ Ad hoc cōfert illud sc̄i perybermenias: qz. s. ad negatiuā ō p̄dicato infinito sequit̄ affirmatiua ō p̄dicato finito. De eqpollētijs sūt tales vsus. ¶ Pre ō dic post ō pre post qz subalter. Nō ois qdaz nō: ois nō q̄si nullus. Nō nullus qdā: sed null⁹ nō vz ois. Nō alter neut: neuter ñ pōsat vtrū q̄. Nō aliqs nullus: nō qdā nō vz ois.

De modalibus.

Modus est adiacens rei determinatio ⁊ hz fieri p adiectiuū. sed duplex est adiectiuū. Quoddā est adiectiuuz nominis. vt albus niger ⁊ similia. Aliud est adiectiuū verbi. vt aduerbia. Scōz. n. Priscianū aduerbiū est vim verbi adiectiuū. Et ideo duplex est modus. vn⁹ nominalis qui fit per adiectiuū nominis. Alius aduerbialis qui fit p aduerbiuz. vt hō currit velociter. Jtē aduerbiorū quidā determinant verbuz gratia cōpositionis vt ista sex necessario cōtingenter possibiliter ⁊ ipossibiliter vero ⁊ falso. Alia dēterminat verbum gratia rei verbi vt fortiter agit velociter currit. Alia determinat gratia tēporis vt hodie cras ⁊ alia aduerbia tē poralia. Alia aduerbia determinat ratione modi. vt aduerbia optādi hortādi. ⁊ sic sumitur simpliciter modus per aduerbia. Sed omissis omnib⁹ aliis solū nunc de illis dicēdū est qui cōpositionem determinat vt sunt necessario contingenter ⁊ cetera. Cuz. n. dicitur homo necessario sedet: signifi

catur ꝙ compositio sessionis cum homine sit necessaria. Sz cum dicitur homo bene currit vel velociter significatur ꝙ cursus hominis sit velox vel bonus. ⁊ in ista determinatur res verbi. in prima vero cōpositio. Unde solum illi modi q compositionem determinant faciunt propositionem modalem ideo de talibus solūmodo hic intendimus. Et sumūtur quandoqz predicti modi nominaliter. vt possibile impossibile contingens necessarium verum ⁊ falsuz. quādoqz aduerbialiter: vt possibiliter īpossibiliter necessario contingenter vero ⁊ falso.

Postq̄ auctor determinauit de propositionibus de inesse: hic cōsequēter ꝺterminat ꝺ modalib⁹. ¶ Circa qꝺ notādū ꝙ propositiones de inesse dicuntur ille que sunt de simplici inherentia predicati ad subiectū In quibus vz predicatuz simpliciter dicitur de subiecto absqz aliquo modo vt homo est animal. Modales vero dicūtur ille que sunt de inherentia modificatiua: seu determinata per aliquem modum: vt hō necessario est animal: ꝑ quā denotatur animalitatem non solum inesse homini sed etiaz de necessitate. ¶ Itē notandum ꝙ modus sumitur multipliciter. Aliquando enim sumitur pro manerie vel mensura vel temperamento. Sumitur enim pro ordinatione duarū propositionū: vt ī syllogismis habetur. Sumitur etiam prout est accidens verbi: vt indicatiuus modus. In proposito autez sumitur pro determinatione: ⁊ sic modus est determinatio adiacens rei determinabili: vt cum dicitur homo albus ly albus est quidā modus determinans ly homo ad standum pro hominibus albis: importansqz albedinem adiacentem seu inherentem homini. Et ponitur hic determinatio tanq̄ genus ad determinationem factam per inferi⁹ additum superiori: vt dicendo animal homo: ⁊ per adiectiuum super modum. Et ideo ponitur adiacens rei tanq̄ differentia. qꝛ ergo modus est determinatio adiacens rei determinabili. Modus est determinatio facta per adiectiuum ita ꝙ in proposito modus ⁊ adiectiuum sumuntur pro eodem. ¶ Est autem duplex adiectiuum: quoddam nominis vt albus niger: ⁊ quoddam verbi vt bene male. ꝑm enim Priscianum aduerbium est vim verbi adiectiuum: quia scilicet vim verbi determinat. sic duplex est modus. vnus nominalis qui fit per adiectiuuz nominis. alius aduerbialis qui fit per adiectiuum verbi: qui potest dici aduerbialis: qꝛ est aduerbiū: ⁊ verbalis qꝛ determinat verbū: ¶ Notandū insuper ꝙ verbū designat cōpositionez p̄dicati cū subiecto. Item ipsam rē īportatā per verbū significat: sicut curro significat cursum. Cōnotat etiā tēpus ⁊ moduz: sic curro ē p̄ntis tēporis ⁊ īdicatiui mōi. ⁊ ꝑz hoc ponit auc. q̄ttuor modos v̄bales. qdā. n. aduerbialiter ꝺterminat verbū gr̄a cōpositionis: vt illa sex: necessario ꝯtingēter possibl̄r īpossibl̄r v̄o ⁊ falso. Cuz. n. dr̄ hō currit necessario significāt ꝙ cōpositio cursus cum homine sit necessaria. De istis autem est presens intentio quia sola illa faciunt propositionem modalem. Alia determinant verbum gratia rei verbi: vt cum dicitur homo currit velociter: denotatur ꝙ cursus hominis sit velox. non autem ipsa com/

positio. Alia determinãt verbuz rõne tẽ poris: vt aduerbia temporalia. alia rõne modi: vt aduerbia optandi ꝛ hortandi. ¶ Circa qõ notanduz ꝙ alia aduerbia õ quibus non fit hic mentio reducũtur ad aliquod p̃dictoꝝ: vt aduerbia loci ꝛ numeri continentur sub aduerbijs determinantibus verbuz gratia rei verbi. vt cum dicitur sor. currit bis ly bis non determinat verbũ gratia numeri singularis qui est modus significandi verbi: sed gratia rei verbi iportate per verbuz scilz ipsius cursus. ¶ Si queratur quare nõ ponuntur aduerbia determinantia verbum gratia figure generis ꝛ ceteroꝝ accidentiũ: sicut ponunt rõne modi ꝛ tps ¶ Respondeo ꝙ cetera accidentia cõueniunt alijs a verbo: nec sunt ei ita propria sicut tempus ꝛ modus. Sumunt autez illi sex modi quandoq; nominaliter: vt possibile impossibile necessariũ ꝛ cõtingens verum ꝛ falsum. aliquando aduerbialiter vt possibiliter ipossibiliter contingenter ꝛ necessario vero ꝛ falso.

Propositio modalis est illa que determinatur aliquo istoꝝ sex modoꝝ possibile ipossibile cõtingens necessariuz vez ꝛ falsum. vt sortẽ currere est possibile: ꝛ sic de aliis. Et in istis modalibus verbuz debz subici: modus ât predicari. Omnes ât alie propositiones que non determinãtur p illos sex modos dicũtur de inesse. Sed adhuc ille propositiones que modificantur his modis: vero ꝛ falso. ad presẽs relinquuntur. qz in illis eodez modo sumuntur oppositio ꝛ conueniẽtia: sicut in illis de inesse. In illis autez de his quatuoꝝ modis possibile ipossibile contingens ꝛ necessarium alio modo sumitur oppositio equipollentie vel conuenientie vt postea patebit. Sciendũ autem ꝙ quilibet istoꝝ quatuoꝝ modoꝝ. quatuoꝝ facit propositiones modales: ideo cuz modi sint quatuoꝝ quater quatuoꝝ erunt propositiones ꝛ sic erunt sexdecim: verbi gratia. Iste modus possibile si sumatur sine negatiõe facit vnã propositionem modalem: vt sortem currere est possibile. Si autem sumatur cum negatione lata ad verbum facit secũdaz vt sortem non currere ẽ possibile. Si vero cũ negatiõe posita ad modũ facit tertiã: vt sortẽ currere nõ ẽ possibile. Si cũ negatiõe posita ad verbũ ꝛ ad modũ facit aliã: vt sor. ñ currere nõ ẽ possibile. Et hoc mõ bz vnũ qõq; alioꝝ modoꝝ sumũt q̃ tuoꝝ ppões modales.

Deinde determinat auctor quid sit propositio modalis dicens ꝙ est illa que determinatur aliquo istoꝝ sex modoꝝ: vt possibile est sor. currere. necesse est sor. currere: ꝛ sic de alijs. ¶ Circa quod no-

tandum ꝙ propositio modalis potest sumi large ⁊ stricte. si sumatur large tunc quelibet propositio potest dici modalis in qua ponitur modus determinans cōpositionez. ⁊ sic propositiones in quib⁹ ponitur verꝝ ⁊ falsum dicuntur esse modales. Stricte autem sumpta propositio modalis exigit ꝙ non solum in ea ponat modus determinans compositionem: sed tales modi ꝑm quos potest sumi oppositio ꝑm quatuor genera oppositionū varijqꝫ modi cōsequentiaꝝ per subalternationez ⁊ negationis oppositionē: vt in sequentib⁹ videbitur. Et sic tm̄ isti quatuor modi possibile ipossibile cōtingens ⁊ necessariū faciūt propositionē modalē. In alijs autez non sic sumit oppositio ⁊ ꝯña a parte modi: sed bene a parte dicti: sicut in illis de inesse. Ochā tm̄ ponit plures alios modos ꝑm quos possunt sumi oppositiones ⁊ ꝯñtie: vt scibile demonstrabile dubitabile indemōstrabile opinabile inopinabile. ⁊ sic de multis alijs de quibus Aristo. breuitati studens non fecit mentionez: quia ex his que de istis quatuor dicuntur potest concipi quid sit dicendum de alijs non famosis. ¶ Diuidit deinde auctor propositionez cathegoricam in propositionem modalem ⁊ in propositionez de inesse: dicit etiam ꝙ in modalibus verbuz debet subijci modus autez predicari. ¶ Circa quod notādum ꝙ per verbum intelligit verbum infinitiui modi cum actio quod etiaz vocatur dictum quod quidez debet subijci modus autez predicari: non quantuz ad situm terminorū vt patet in exēplis auctoris positis: in quib⁹ sepe mod⁹ a pte subiecti ponitur. Non accipit itaqꝫ sbijci in proposito pro subiecto propositionis: sed pro ratione determinabilis. Dictum enim affirmatiuuz vl negatiuum: quod ab Aristo. dicitur esse vel non esse est determinabile. Modus autem est determinatio ipsum dictuz determinās. ⁊ sic esse ⁊ non esse dicuntur subiectiones ⁊ modi appositiones. ¶ Notanduz insup ꝙ propositio modalis potest capi dupliciter: vel in sensu cōposito vel in sensu diuiso. vt ista possibile est sedentem ambulare vel ista: sedens potest ambulare. In sensu enim cōpositionis per se extremū est homo vel persona sedens considerātus sub illa determinatione sedens. Et ille sensus est falsus: quia tunc idem posset esse simul sedens ⁊ ambulās. In sensu enim diuisionis sunt due cathegorice. ⁊ in vna cathegorica enunciat de persona aliqua esse sedens ⁊ in alia posse ambulare. ⁊ illa duo sunt vera de eodem subiecto: vt sor. est sedens ⁊ sor. pōt ambulare nō tamen ita ꝙ simul esse possint opposita. Unde sensus est ꝙ ille qui est sedens habet potentiam ad ambulādū. Hoc modo exponitur a Scoto: illa predestinat⁹ potest damnari di. xl. p̄mi sen. Que in sensu composito est falsa. ⁊ in sensu diuiso vera. vt ibidē diffuse declarat. ¶ Tractat cōsequenter auctor de qualitate modalium. ¶ Circa quod dicit ꝙ quilibz modus facit quatuor propōnes modales. vt iste modus possibile si sumatur sine negatione lata ad modum ⁊ ad verbum infinitiuuz erit propositio affirmatiua tā de dicto qꝫ de modo vt sor. currere est possibile. Si vero negatio sumatur tantuz ante verbuz infinitiui modi erit negatiua de dicto. vt sor. non currere est possibile. Si vero negatio preponitur tantum ad modū erit negatiua de modo: vt sor. currere non est possibile. Si vero negatio preponat vtriqꝫ erit negatiua taz de dicto qꝫ de mō. vt sor. non currere non est possibile. ¶ Circa quod notandum ꝙ lz ista modalis possit dici negatiua in qua dictū negatur ꝑm Ari. in libro priorum principaliter tamen dicitur negatiua ex pte modi negati a quo ipsa propositio dicit modalis. ¶ De qn̄titate vero ipsarum notandū ꝙ lz ex pte dicti possit sumi quātitas: sicut in illis de inesse. Ex pte tm̄ modi necesse se habet

sicut omnis ⁊ possibile vel contingens. Sicut quidam vnde sicut ad ois sequit quidaz per legem subalternaz: sic ad ne cesse sequitur possibile. Impossibile aũt se hz sicut nullꝰ: ⁊ possibile nõ sicut qdaz non. vnde sicut ad nullus sequitur quidã non: sic ad impossibile sequitur possibile non vt ad istam impossibile est soz. currere. sequitur ista possibile est soz. nõ currere. pzopositiones igitur de necessario ⁊ impossibili sunt vniuersales ex parte modi. pzopositiões vero de possibili ⁊ contingenti sunt pticulares. ¶ Et sciendum qꝺ cõtingens potest sumi multiplicit vt patet per Aristo. in primo libro posteriorum. Uno modo cõtingens sumitur pro possibili: vt in ꝓposito. ⁊ tale potest dici contingens altuz seu superius: qz est quasi genus ad alia contingentia. ⁊ tale contingens opponitur impossibile ⁊ nõ necessario. vnde tale contingens vel possibile dicitur cui non repugnat esse. ⁊ diuiditur in contingens necessariuz. vt omnem hominem contingit esse animal. ⁊ in contingens nõ necessariũ: quod potest dici contingens ad vtrunqz: vt hominez ꝓtingit ambulare. ⁊ tale est nec est necessarium nec impossibile. Et subdiuiditur in contingens natũ ⁊ cõtingens infinitũ. dicitur autez cõtingens natuz quod magis se habet ad esse q̃ ad non esse: tamẽ ipediri potest: vt hominem canescere in senectute: quod potest impediri: vel ga non erit senex: vel etiaz qz si sit senex poterit non canescere. Contingens vero infinituz est quod non magis se habet ad esse q̃ ad non esse: vt hoiem ambulare.

De consequentiis.

Arum autez pzopositionum modalium equipollentie quatuoz regulis cognoscũtur quarũ pzima est cuicunqz dicto affirmato attribuit possibile: eidem attribuitur contingens: ⁊ ab eodem dicto remouetur impossibile: ⁊ ab eiꝰ contradictozio opposito remouetur necesse. vt soztez currere est possibile: soztem currere est contingens soztez currere non est impossibile: soztẽ non currere non est necesse. Secunda regula est cuicunqz dicto negato attribuitur possibile: eidem attribuitur contingens: ⁊ ab eodem remouetur impossibile: ⁊ ab eiꝰ dicto contradictozio opposito remouetur necesse: vt soztez nõ currere est possibile: soztez nõ currere est contingens: soztez non currere non est impossibile: soztem currere non est necesse. Tertia regula ẽ a quocunqz dicto affirmato remouetur possibile ab eodẽ dicto remouetur contingens ⁊ eidem attribuitur impossibile ⁊ eius cõtradictozio oppositum attribuitur necesse: vt soztem currere non est possibile soztẽ currere non est contingẽs. soztem currere est ipossibile soztem non currere est necesse.

Quarta regla ẽ a quocũqz dicto negato remouetur possibile ab eodez remouetur cõ

tingens ⁊ eidē attribuitur im possibile ⁊ eius cōtradictorio opposito attribuit̄ necesse vt sor.nō currere nō ē possibile: sor.nō curreř nō ē ꝯtigēs sor. nō currere īpossibile: sortē cur rere est necesse. Istarum āt regularum exēpla disponunt̄ in quatuor lineis siue ordinibus figure sequētis que possunt per hos versus denotari

Primus amabimus edentuliqz secundus.
Terti⁹ yliace: purpur̄a reliqu⁹
Destruit.u.totum. sed.a.confirmat vtrūqz
Destruit.e. dictum: destruit i.qz modum.
Omne necessariat īpossibile quasi nullus.
Possibile quidam non possibile quidam non
Edictū negat i.qz modū nihil a.sed.v.totum

⁊ hec patēt in figura sequenti.

Omnes autem propōnes que sunt in prima linea equipollēt per primam regulam ⁊ conuertuntur inter se. que ꝟo in secunda ꝑ secundam. que in tertia ꝑ tertiam. ⁊ que in q̄rta ꝑ quartam. Itē equipollentie vel conseqentie modaliū possunt haberi per hanc regulaz.

Omnes propositiōes de possibili ⁊ īpossibili eqpollēt ꝟbo similiter se habente ⁊ modo dissimiliter. Et oēs de īpossibili ⁊ necessario equipollēt verbo dissimiliter se habēte ⁊ modo dissimiliter: sed oēs ꝓpositiōes de possibili ⁊ necessario equipollēt verbo ⁊ modo dissimiliter se habētibus. Et intelligitur modus similiter aut dissimiliter se habere quantū ad affirmationem ⁊ negationem: vt dicatur se haber̄ similiter cum affirmatur in vtraqz vel in vtraqz negatur. dissimiliter autem quādo affirmatur in vna ⁊ negatur in alia ⁊ eodez modo intelligendū est de verbo sicut dictū est de modo Et sciēdū est ꝙ in predicta regula nō facimus mētionez de cōtingenti eo ꝙ cōtingēs conuertitur cum possibili. Unde idem est iudicium de propositionib⁹ vtriusqz. exēpla autez querantur in figura disposita per quatuor ordines: qr ista regula generalis est ad oēs.



Hic ꝯnter auctor determinat de ꝯsequentijs ⁊ equipollentijs modaliū. Dicuntur aūt equipollentie consequentie: quia vna sequit̄ ad aliā ⁊ de his ponuntur quatuor regule.

¶ Pro cuius euidētia notādū ꝙ ꝑ attri

De equipollentibus modalibus.

bui intelligitur affirmari: ꝑ remoueri intelligitur negari. dictum etiam affirmatiuum dicitur esse verbum infinitiuum sumptum cū actō sine negatione: vt sor. currere vel esse currentē. Et dictum negatiuū dicitur non esse: vt sor. nō currere vel non esse currentē. ¶ Itez notanduz ꝙ iste quattuor regule. ⁊ per ꝯñs tota figura sciri possunt per has quattuor dictiones: amabimus: edētuli: yliace: purpurea. prima deseruit prime regule: secūda secunde: tertia tertie: quarta quarte. Et sunt in qualibet dictione quattuor vocales seruientes quattuor ꝓpōnibus cuiuslibet regule. ita ꝙ per primam intelligitur p̄ma propositio: per secundaz secunda: per tertiā tertia: per quartam quarta. Item per. a. itelligit ꝙ ꝓpositio itellecta per illam vocalē est affirmatiua tam de dicto q̄z de modo. per. u. negatiua tam de dicto q̄z de modo. per. e. negatiua de dicto. per. i. negatiua d̄ modo versus. Destruit. u. totum sed. a. confirmat vtrūq̄z. Destruit e dictum denegat i. q̄z modum. His p̄missis regule sunt euidentes: quarū p̄ma talis est: ꝙ cuicūq̄z dicto affirmato attribuit possibile eidem attribuit ꝯtingens: ⁊ ab eodem remouetur impossibile: ⁊ ab eius contradictorio opposito remouetur necesse: vt possibile est sor. currere. ergo cōtingens est sor. currere: q̄z possibile ⁊ contingēs in proposito sumuntur pro eodem. Et vltra seqtur nō ipossibile est sor. currere Cū. n. possibile ⁊ ipossibile contradicant sicut nullus ⁊ quidam eqpollebunt preponendo negationē vni illorū iuxta regulas eqpollētiarū. bene ergo sequit possibile est sor. currere. ergo nō ipossibile ē sor. currere. Et vlterius sequit. nō necesse est sor. nō currere. Quod ex hoc patz q̄z necesse ⁊ possibile opponunt subalterne. sicut oīs ⁊ quidā. Equipollebunt ergo preponēdo ⁊ postponendo s̄m regulas eqpollentiarū. Et sic possibile est sor. currere ⁊ nō necesse est sor. non currere possibile eidē attribuit equipollēt. ¶ Secunda regula talis est cuicūq̄z dicto negato attribuit possibile eidez attribuit ꝯtingens ab eodē remouet ipossibile ⁊ ab eiꝰ ꝯdictorio opposito remouetur necesse: vt possibile est non esse: ꝯtingēs est nō esse. nō ipossibile ē nō esse. nō necesse est esse. Ista regula de cōsequentibꝰ pōt patere ꝑ ea que dicta sunt: p̄ponendo ⁊ postponendo negationes modis: sicut fit in signis s̄z regulas eqpollētiarū: ⁊ ista applicatio magis valet ponēdo moduz a ꝑte subiecti q̄z a ꝑte p̄dicati s̄m cōformitatē ad signa. ¶ Tertia regula ē a quocūq̄z dicto affirmato remouet possibile ab eodē remouet cōtingēs eidē attribuit ipossibile: ⁊ eius cōtradictorio opposito attribuit necesse: vt non possibile est esse: nō contingens est esse: ipossibile ē esse: necesse ē nō eē. ¶ Quarta regula est ista a quocūq̄z dicto negato remouet possibile ab eodē remouetur: ꝯtingens eidē attribuit ipossibile: ⁊ eius ꝯtradictorio opposito attribuit necesse. Exēplū: nō possibile est nō esse: nō contingens est nō esse: ipossibile est nō esse: necesse est esse. ¶ Et sciendum ꝙ oēs ꝓpositiones que sunt in p̄ma linea equipollent ꝑ p̄mā regulā: ⁊ que in secūda ꝑ secundā: ⁊ que in tertia per tertiā: ⁊ q̄ in quarta ꝑ quartā. ¶ Circa qd̄ notādū ꝙ in figura sequēti sunt q̄ttuor linee circulares: ⁊ hec est figura cōposita ad similitudinē figure ꝓpōnum de inesse: vt pateat oppositio modaliuz ꝑ cōformitatē ad illas de inesse: ita ꝙ in p̄ma linea superiori ponunt vl̄es affirmatiue. In secunda vl̄es negatiue. in p̄ma vero linea iferiori ponunt ꝑticulares affirmatiue: i scd̄a ꝑticulares negatiue. p̄ma autē linea in ꝓposito dicit p̄ma linea iferior: q̄z in ea ponunt ꝓpositiones prime regule. scd̄a vero linea est scd̄a inferior: q̄z in ea ponunt ꝓpōnes scd̄e regule. tertia vero linea dicitur secūda superior: q̄z in ea ponuntur ꝓpositiones tertie regule. ⁊

quarta linea dicitur prima superior: qr in ea ponuntur propositiones quarte regule. Notificat insuper auctor equipollentias modalium per vnam aliam regulā trimembrem dicens ꝙ omnes propositiones de possibili ⁊ impossibili equipollent verbo similiter se habente: mō autem dissimiliter: ⁊ intelligitur per verbū ipsum verbum infinitiui modi: quod similiter se habet quādo in vtraqꝫ affirmatur: vel in vtraqꝫ negatur. Dissimiliter se habet quando affirmatur in vna ⁊ negatur in alia. ⁊ idem dicendum est de modo. Causa huius prime partis regule ē qr possibile ⁊ impossibile contradicunt: sicut qdā ⁊ nullus. Sicut ergo preponēdo negationem signo contradictorie eqpollent in illis de inesse per primam regulam equipollentiarum sic in preponēdo modo. Negatur enim quantitas ⁊ qualitas cum negatio cadat supra modum ⁊ super copulaꝫ principaliter vnientem modo dictum. vnde iste equipollent. possibile est esse non impossibile est esse. ¶ Secunda pars huius regule est ꝙ omnes propositiones de impossibili ⁊ necessario equipollent modo similiter se habente: ⁊ verbo dissimiliter. Unde iste equipollent. impossibile est esse necesse est non esse. cuius causa est qr necesse ⁊ ipossibile contrariantur sicut omnis ⁊ nullus. sicut ergo per secundaꝫ regulam equipollentiaruꝫ negatio postposita facit equipollere cōtrarias in illis de inesse: sic in istis negatio postposita ad verbum infinitiui modi: cum neget solā qualitatem dicti: non autem negat quantitatem modi: cum actus eius terminet in ipsa compositione partium dicti: nec trāseat vsqꝫ ad moduꝫ. ¶ Tertia pars huius regule est ꝙ omnes propositiones de possibili ⁊ necessario equipollent modo ⁊ verbo dissimiliter se hñtib⁹ cuius causa est: qr necesse ⁊ possibile se habēt subalterne: sicut omnis ⁊ quidam. sicut ergo preponendo ⁊ postponēdo negationem subalterne equipollent in illis de inesse per tertiā regulā equipollentiarum sic in proposito. Unde iste equipollēt. possibile est esse: nō necesse ē nō esse.

Item propositionum modalium. alie sunt cōtrarie. alie subcontrarie. alie cōtradictorie. alie subalterne. vnde quartus ordo ⁊ terti⁹ contrariant̄ siue ꝓpositiones posite in tertia ⁊ quarta lineis. Prim⁹ ordo ⁊ secundus subcontrariantur. Primus ordo ⁊ tertius ꝯdicunt ⁊ similiter scd̄s ⁊ q̄rtus. sed primus ordo subalternatur quarto ⁊ similiter secundus tertio.

Deinde agit auctor de oppositione modaliū ex parte modi dicens ꝙ alique sunt ꝯtrarie. alique subcōtrarie: alique ꝯtradictorie ⁊ alique subalterne. quartus ordo ⁊ tertius contrariantur. s. propositiones ordinate in tertia ⁊ in quarta linea: vt pꝫ per hunc versum. Tertius est quarto semper cōtrarius ordo. hoc pꝫ sic: qr vniuersalis affirmatiua ⁊ vniuersalis negatiua contrariant̄. Omnes autez propositiones quarti ordinis sunt vniuersales affirmatiue de modo. Equiualēt. n. isti. necesse est esse. ⁊ oēs de tertio ordie sunt vniuersales negatiue. Unde equalent isti: impossibile est esse. ⁊ sic contrariantur. Primus autem ordo ⁊ secundus subcōtrariant̄. vnde versus/ Sic etiam linea subcontraria prima secunde. hoc mō pꝫ qr particularis affirmatiua ⁊ ꝑticularis negatiua subcōtrariantur. Omnes autem propositione primi ordinis sunt particulares affirma

oppositi modalium.

tiue. vnde egualent isti. possibile est esse Et oēs scōi ordinis sunt pticulares negatiue. vnde egualent isti. possibile est non esse: q; subcōtrariātur. Itē pmus ꝺicit tertio se enim habēt sicut pticularis affirmatiua ⁊ vlis negatiua. secundus etiaz cōtradicit quarto cū se habeāt vt particularis negatiua ⁊ vlis affirmatiua. vñ versus. Tertius est pmo ꝺictorius ordo. Pugnat cū quarto contradicendo secūdus. Itē pma linea subalternatur quarte. habent. n. se sicut pticularis affirmatiua. ⁊ vniuersalis affirmatiua. ⁊ secunda subalternatur tertie cū ppōnes posite i tertia sint vles negatiue. vnde versus. Prima subest ꝗrte vice particularis habens se. Hac habet ad seriem se lege secunda sequentez. Et notandum q; licet contingens sequatur ad necesse ꝑt contingēs ꝙuertitur cū possibili: ⁊ est superius ad necesse: sicut aial segtur ad hominē: accipiēdo tñ cōtingens pro illo quod potest non esse nō segtur ad necesse: immo sibi repugnat. hec de modalibus.

Necesse. quartus ordo Purpurea

Impossibile. tertius ordo Yliace.



non possibile est non esse non contingens est non esse impossibile est nō esse necesse est esse

Contrarie

non possibile est esse non contingens est esse impossibile est esse necesse est non esse.

possibile ē eē ptingēs est esse nō ipossibile ē eē nō necesse ē nō ē eē.

Subcontrarie

possibile ē nō eē ptingēs ē nō esse nō ipossibile est nō eē necesse ē eē. ptingēs

De predicabilibus.

Predicabile quādo qz sumitur proprie qñqz cōiter. Et sic dr p̄dicabile qđ de plurib⁹ vniuoce p̄dicat vt hō ō soz. z ō pla. z sic de aliis. Ñ qz sumit cōiter z sic dr p̄dicabile quod de vno solo siue de pluribus predicatur vniuoce vel equoce vt homo de sorte vel de platone. Unde predicabile proprie sumptuz z vniuersale idem sunt secundū rez tamen differunt secundum rationem: qz vniuersale diffinitur per esse in predicabile vero per dici de. Est autez predicabile quod aptuz natum est dici de pluribus. Uniuersale autem quod aptum natuz est esse in pluribus.

Hic auctor incipit agere de predicabilibus siue vniuersalibus. Ad cuius euidentiam diuidit ipsuz predicabile in p̄dicabile proprie sumptum z communiter. predicabile proprie sumptum est aptum natuz dici de pluribus vniuoce. predicabile vero cōmuniter sumptum est quod de vno solo vel de pluribus predicatur. De predicabili vero proprie sumpto ē presens intentio: quod est idem qđ vniuersale secundum rem differens: tamen fm rationem. Ratio enim predicabilis sumit ab hoc quod est dici de pluribus. Ratio vero vniuersalis per hoc quod est esse in multis. vniuersale enim dicit qđ est aptū natuz esse in pluribus. ¶ Pro quo notandū qđ vniuersale cum sit vnū concretum potest capi tripliciter. vno mō p̄ per se significato quod est vniuersalitas z secunda intentio: que scilicet est quedā relatio rationis in predicabili ad illud de quo est predicabile: z hunc respectū rationis significat hoc nomen vniuersale p̄ illo quod denominat ab ista inētione vniuersalitatis: que est aliqua res p̄me intentionis. Et sic ipsa natura q̄ est in singulari dicit vle: in cōcreto sicut vlitas in abstracto. alio modo sumit vle quatenus nō est de se hec. tertio mō p̄ aggregato ex re p̄me intentionis z secūde. Quod autem hic dicit de hoc termino vniuersale p̄t similiter dici de alijs terminis secūde intentionis fingēdo etiā ipsis abstracta: vt genus significat secundam intentionem in concreto z generalitas in abstracto: z sic de alijs. ¶ Notādum insuper qđ licet ipsa natura que est in aliquo singulari sit ita communis qđ sibi nō repugnat esse in alia singularitate quantum est de se: licet sibi repugnet vt facta p̄pria illi per indiuidualem differentiam ipsam contrahentem: non tamen ita communis est qđ fit in potentia propinqua qđ predicetur de multis actu. Unde ipsa natura licet non sit in re sine singularitate: tamen de se non includit singularitatem nec vniuersalitatem. Equinitas enim fm Auicē. est tantum equinitas: nec est vna nec plures: hoc est nec includit quantum est de se vnitatem singularitatis nec pluralitatem vniuersalitatis. hoc tamen non obstante: cū omne ens sit vnum ipsa natura habet propriam vnitatem que est eius passio. Hec est vnitas maioz vnitate vniuersali: z minoz vnitate numerali: quod sic potest probari. Simile z equale fundatur super vnum ex quinto methaphysice: sed nullo intellectu existente est realis similitudo albi ad album scōm albe-

dinem. ergo aliqua realis vnitas est pro
ximum fundamentum huius relationis
realis: qꝛ relatio realis nõ fundatur sup
ens rationis formaliter. Non est autez
hec vnitas numeralis: patet: qꝛ hoc albũ
ꝛ illud non sunt vnũ numero. quia nihil
vnum numero est simile sibiipsi. ergo
est aliqua alia realis vnitas. Itẽ si oĩs vni
tas realis est numeralis. ergo omnis
diuersitas realis erit numeralis conse/
quens est falsuz. ergo ꝛ antecedens pro
batio cõsequentie. qꝛ vnũ ꝛ multa idez
ꝛ diuersum sunt opposita ex quarto me
taphysice. Totiens autem dicitur vnũ
oppositoruz. quotiens reliquum primo
thopicorũ: falsitas consequẽtis patet qꝛ
sic tm̃ differret sor. a platone quantũ dif
ferunt a brunello. ꝛ tunc intellectus nõ
posset abstraher̃ a sorte ꝛ platone aliqđ
cõmune magis q̃ a sorte ꝛ brunello: ꝛ
tunc quodlibet vniuersale esset purum
figmentum: quod est absurdum. Cum
ergo ipsa natura sit vna vnitate minori
q̃ sit vnitas numeralis: sequitur ꝙ ipsa
de se non sit singularis: Et sic vniuersale
est aliquid in re. ¶ Sz cõtra hoc argui
tur tripliciter. primo sic. ¶ Intellectus
agens ꝑm cõmentatorem facit vniuersa
litatẽ in rebus. ergo vniuersale nõ est pre
ter operationem ĩtellectus. Itẽ ꝑz Boe
tium de vnitate ꝛ vno. Omne quod est
ideo est: qꝛ vnum numero est. ergo ipsa
natura de se est singularis. ¶ Itẽ Arist.
dicit septimo metaphysice ꝙ substantia
cuiuslibet rei est ꝓpria rei cuius est ꝛ nõ
inest alteri sed ipsa natura est substantia
cuiuslibet rei. ergo nõ ẽ cõis sed ꝓpria.
¶ Pro responsione ad ista argumẽta.
Notandum primo ꝙ esse in ĩtellectu p̃t
capi dupliciter. vno modo subiectiue: vt
spẽs actus ꝛ habitus sunt in aĩa. alio mo
do obiectiue: ꝛ hoc dupliciter: vno mõ
habitualiter. ꝛ primo qñ. s. est ibi ꝑ spẽz
manentẽ in intellectu immediate moti/
uã ad intellectionem. alio modo actuali
ter ꝛ secundario: puta quando iam actu
mouet ꝛ intelligitur. ¶ Scđo notandũ
ꝙ duplex est vniuersale. s. in potentia ꝛ
in actu. vniuersale in potentia est ipsa qd
ditas vel natura que est in re cum singu
laritate que est in potẽtia remota ad hoc
vt predicet̃ de multis. vniuersale ĩ actu
est ipsa quidditas denudata per intelle/
ctum agentẽ a singularitate ꝛ a cõdictio
nibus singulariũ: que nõ solũ est cõmu/
nis multis: sed ẽ in potentia ꝓpinqua vt
predicetur de multis. ꝑm enim Ari. p̃o
posteriorum. Ad hoc ꝙ aliquid sit vni/
uersale requiritur ꝙ sit vnũ in multis ꝛ
predicabile de multis. ¶ Et tunc ad cõ
mentatorem dicentem ꝙ ĩtellectus fa/
cit vniuersalitatem in rebus. Dico ꝙ in
telligit ꝙ ĩtellectus agẽs facit de vniuer
sali in potentia vniuersale in actu. Ut. n.
dictũ est. ij. cap. p̃me partis huius libri.
species in fantasia nõ potest mouere in/
tellectũ possibilẽ ad cognoscendum vni
uersale actu: cum ipsam rez representet
cum condictionibus singularium. Intel
lectus igit̃ agens cũ fantasmate causant
speciem ĩtelligibilem in ĩtellectu possibi
li que representat ipsam naturaz vel qd
ditatem actu abstractam ab hmõi cõdi
ctionibus singulariũ. que lz sit in re quã
tum ad id quod est: tamen est obiectiue
ꝛ habitualiter in ĩtellectu: ĩquantum re
presentat̃ per hmõi spẽm. Et qñ actua
liter ĩtelligitur: tũc est ibi actualiter: ꝛ vt
sic vniuersale actu est p̃ma ĩtentio ꝛ ter
minus cõmunis ĩpositus ab ĩtellectu ad
significãdum ipsum obiectũ ĩtellectum
ꝛ est terminus p̃me ĩtentionis. quando
autem ĩtellectus cõparat ipsum obiectũ
cognitũ ad ĩferiora: tunc fit illa secunda
ĩtentio que dicitur vniuersalitas: que nõ
est aliquid in re: sed tm̃ hz esse in intelle/
ctu cõparãte. ¶ Notandum insuper ꝙ
ipsa qdditas vel essentia sic abstracta ꝑ
intellectuz potest considerari dupliciter
vno modo in se non cõintelligendo sin/
gularitatem nec illam secundam inten/
tionẽ que dicitur vniuersalitas. Et vt sic

consideratur a metaphysico: ⁊ exprimit̃ ꝑ diffinitionē ⁊ est obiectū intellect⁹ nostri pro statu isto. alio modo potest cōsiderari inquātuz subest tali intentioni secūde q̄ dicit̃ vniuersalitas: ⁊ sic cōsideratur a logico. Logicus.n. ꝯsiderat secūdas itentiōes applicatas p̄mis in quib⁹ fundant̃. ¶ Ad ꝑm dicit̃ qñ dicebatur. Omne qđ est ⁊c. pōt dici ꝙ illud hēt veritatē de re que per se subsistit. Ipsa aūt nā nō ē hmōi qꝛ nō existit ꝑ se sz i singulari. ¶ Cōtra hoc arguit̃ qa vt dic̃ Boeti⁹ qcqd ē i vno nūero ē vnū nūero. Cū g⁹ ipsa nā sit in singulari qđ ē vnū numero erit vnuz numero. ¶ Rñdeo ꝙ qcquid est in vno numero: vt in isto lapide est vnum numero: vel primo vel per se vl̃ denominatiue. primo vt illud per quod vnitas talis cōpetit huic cōposito .s. ipsa dr̃ia indiuidualis: ꝑ se, vt hic lapis cuius illud quod est p̄mo vnuz, hac vnitate est ꝑ se pars, denoiatiue tm̄ vt ipsa qdditas lapidis, q̄ ē potētial̃ ad entitatē idiuidualez ipaz dnominātē. Et iō q̄si denoiatiue respicit actualitatē ei⁹ ⁊ vnitatē. Sil̃r istđ pz i alio simili manifestiori. Possz.n. argui sic. Quicqd ē i vno spē ē vnū spē: sed color est in albedine q̄ ē vnum spē. ergo est vnum specie: ergo non habet vnitatem minorē vnitate spēi. Nō seqt̃ vnde color i albedīe ē vnū spē nō ꝑ se nec prio sz denoiatiue tm̄. Dr̃ia āt specifica ē vna p̄mo: qꝛ sibi p̄mo repugnat diuidi in plura spē. Albedo āt ē vna spē ꝑ se sz ñ prio qꝛ ꝑ aliqd intrisecū sibi. s. ipaz differētiaz. ¶ Ad tertiū dico ꝙ philosophus ñ vult dicere ꝙ suba cuiuslibz rei sit ꝓpria ita ꝙ ex nā sua sit idiuidua sz qꝛ facta est ꝓpria aliquo ꝯhēte quo posito nō pōt inesse alteri lz sibi nō repugnet ex se ꝙ cū q̄cūqz vnitate singulari ponat̃. hāc materiā declarat Sco. multipl̃r. iij. di. 2. sen. de hoc etiā vide p̄mo ⁊ septimo metaphysice.

Predicabile autem ꝓprie sumptū siue vl̃e diuidit̃ ꝑ gen⁹ spēz dr̃iaz ꝓpriū ⁊ accñs: soluz de his hic intendimus.



Diuidit vlteri⁹ auc. p̄dicabile ꝓprie sumptū siue vl̃e ꝑ gen⁹ spēz dr̃iaz ꝓpriū ⁊ accidēs. Ad cui⁹ euidētiā sciēdū ꝙ p̄dicabile seu vl̃e sumit̃ hic ꝑ ipsa ꝑa intētiōe q̄ dr̃ vniuersalitas ⁊ ē relatio rōnis causata ꝑ itellectū cōparātē supi⁹ ad iferiora: vt p̄dicabile de ipsis. Qđ qdē pōt cōparari ad ipsa dupl̃r. s. vt p̄dicabile đ ipsis i qd vl̃ q̄le. Si in qd hoc ē dupl̃r: vl̃ qꝛ đ pluribꝰ differētib⁹ spē. Et talis cōpatio dr̃ gen⁹ vl̃ de pluribꝰ differētib⁹ numero: ⁊ tal̃ dr̃ spēs. Si i q̄le vl̃ eēntiale vl̃ accidētale. Si eēntiale sic ē dr̃ia: si accidētale hoc ē dupl̃r: qꝛ vl̃ p̄dicatū hz cāz necessariā in subo vel nō. si p̄mū sic est ꝓprium si ꝑm sic ē accidēs. ¶ Sed ꝯ hāc diuisionē arguit̃ dupl̃r. p̄mo sic. Predicabile p̄dicatū ⁊ p̄dicamētū idē sunt ꝑm rez. ergo nō plura nec panciora debēt esse p̄dicata ⁊ p̄dicamēta q̄ꝫ p̄dicabilia ꝯñs ē falsuz qꝛ ponunt̃ decē p̄dicamēta ⁊ q̄tuor p̄dicata tm̄. ¶ Itē vnū mēbrū vnius diuisionis icludit̃ i alio. ergo diuisio nō est bona. añs est notū: qꝛ gen⁹ includit̃ i spē: ꝓbat̃ ꝯña qꝛ mēbra diuidētia bone diuisionis nō debēt coicidere adinuicē: sz esse opposita vl̃ dispata. ¶ Itē idē est accñs ⁊ gen⁹. ergo nō dz accidēs condiuidi ꝯ gen⁹. ꝯña est nota. ⁊ ꝓbat̃ añs qꝛ color ē gen⁹ albedinis ⁊ accidēs hoīs. ¶ Respōdeo ad p̄mū ꝙ lz idē ꝑm rez sit p̄dicabile p̄dicatū ⁊ p̄dicamētū: tñ differūt ꝑz rōnez. p̄dicabile.n. dr̃ qđ pōt p̄dicari de pluribꝰ. p̄dicamētū vo sumit̃ ꝑ genere generalissimo: vl̃ ꝑ tota coordinatiōe p̄dicabiliū ꝑm sub ⁊ supra ⁊ lateralit̃ predicatū vo dicit illđ ꝑ qđ pōt t̃minari vel solui q̄stio dubitabilis vel ꝓblema: in q̄ scilicet pōt opponi ad vtrāqꝫ ꝑtez ꝯdictōnis. Philosophus āt in thopicis determinās de syll̃o dyalectico docet moduz

soluēdi hmōi dubitatiōes. Vñ ibi oñdit de aliquo quō pōt sciri ꝙ ē gen⁹. ⁊ sic de alijs. ¶Ponit igit ibi q̄tuor p̄dicta .s. duo in qd. que sunt gen⁹ ⁊ diffinitio: ⁊ duo in q̄le. s. ꝓpriuz ⁊ accidens. q: oīs q̄stio dubitabilis pōt terminari ⁊ solui: rñdendo ꝑ aliquod istoꝝ vl' ꝑ aliqd̄ reductū ad illa q: āt nō fit q̄stio de indiuiduis: cū de illis nō sit scientia sz de spēb⁹: iō species ñ numerat inter p̄dicata cū in talib⁹ q̄stionibus sit subm. Nec de dr̄ia specifica sit mentio ibi: q: idē est iudiciū de illa sicut de spē. pōt āt reduci ad diffinitionē. Differētiaz aūt genericā reducit philosoph⁹ ad gen⁹ cū in ipso formaliter icludatur. ¶Ad ꝑm dico ꝙ genus ⁊ spēs possunt capi dupliciter. vno mō fundamētal'r: ⁊ sic vnū includit i alio. vt aīal in hoīe. alio mō formal'r ꝓ ipsis secūdis itētionib⁹: ⁊ sic sunt itētiones distincte nec coincidūt. ¶Ad tertiū dico ꝙ lz fit idē gen⁹ ⁊ accidēs hoc tñ nō respectu eiusdē. est. n. genus respectu suoꝝ inferioꝝ: ⁊ accidens respectu substantie.

De genere.

Genus dr̄ tripl'r. primo mō dr̄ gen⁹ vt ē collectio multoruz quodā mō se hñtiū adinuicē ⁊ ad vnū p̄ricipiū: vt collectio eoꝝ q sūt de eadē parētela ⁊ descēdūt ab vno auo vt romani a romulo. Secūdo mō dicit gen⁹ p̄ricipiū vniuscuiusqz gñatiōis vt pr̄ vl' pr̄ia. Tertio mō dr̄ gen⁹ cui supponitur spēs ⁊ hoc vltimo mō sumitur hic ⁊ diffinit sic. Genus ē quod p̄dicat de plurib⁹ differētib⁹ spē in eo qd̄ qd: vt aīal predicatur de hoīe ⁊ de equo qui specie differūt.



In precedētib⁹ auc. d̄terminauit d̄ predicabili in cōi hic ꝯñter icipit determinare de quolibz ip̄oruz in spāli ⁊ primo de gñe ponēdo triplicez ei⁹ acceptionē. ¶Primo mō gen⁹ ē collectio multoꝝ hñtiū q̄ndā cōnexionē adinuicez ⁊ ad vnū p̄ncipiū. ⁊ sic gen⁹ dicit ꝓgenies. Et hoc mō illi q descendūt ab eodē auo dicūtur de eodē genere vl' parētela. Alio mō sumit gen⁹ ꝓ p̄ricipio illius generatiōis. ⁊ sic genitor vel au⁹ dr̄ gen⁹: q: est p̄ricipiū ꝓductiuū illi⁹ ꝓgeniei. Locus ēt gñationis vl' patria dr̄ genus rōne v̄tutis gñatiue ⁊ cōseruatiue q̄ ē in ipso ꝑm habitudinē vl' respectū quē hēt ad corpora celestia: Videm⁹ .n. aliq̄ aīalia in vno loco gñari q̄ ñ generant in alio. Itē pz de arborib⁹ plātis ⁊ metallis. tertio mō dicit gen⁹ sub quo ponitur spēs ⁊ sic sumit in ꝓposito qd̄ est veruz imediate ad differētiā idiuidui qd̄ ponit sub genere. nō tñ imediate. ¶Et notāduz ꝙ lz gen⁹ posset alio mō sumi: tamē due p̄rie acceptōes gñis hic enūciāt ꝑꝑ quādā cōueniētiā quā hñt cū genere logico. Sicut. n. gen⁹ p̄mo mō dicit collectionē multoꝝ. sic gen⁹ logicū dicit collectionē multaꝝ specieꝝ. Et sicut gen⁹ secūdo mō dictū est p̄ricipiū effectiuū ipsius parentele: sic gen⁹ logicū est itrisecuz p̄ricipiū suaꝝ spēruz: cū ex ipso ⁊ dr̄ia cōstituat spēs. Gen⁹ aūt logicū sic diffinit ¶Genus ē qd̄ p̄dicat de plurib⁹ differentib⁹ spē in eo ꝙ qd. vt ad iterrogationē factā ꝑ quid rñdetur ꝑ qd̄. vt si q̄rat quid est hō: rñdetur aīal. ¶Circa quod notādū ꝙ ly predicat dicit aptitudinē ⁊ nō actū: sicut i alijs diffinitionib⁹. ¶It ē notādū ꝙ qd significat essentiā per moduz substātie. substātie aūt est substare. s. alijs. Cū ergo materia substet forme. est eniz fundamētū ⁊ receptaculū formaꝝ:

& genus se habet vt materia ideo conuenientius respondetur ad interrogationem factam per quid. Substantie est etiam per se stare, quia igitur genera & spēs significāt per modū per se stantis: ideo in qd cōgrue predicant. Differentie vero in qle q: se hꝫ vt forme: & significāt per modū adiacētis ⁊ terminātis & qualificātis. ¶ Notādū ꝙ aliqd pōt predicari in qd tripliciter. vno mō ꝑm rem & modū simul & gña & spēs substātie. secundo mō ꝑm rem tm̄. vt dꝛia q̄ dicit ꝙ modū q̄lificātis. tertio mō ꝑm modum tm̄. vt gña & spēs accidētiuꝫ. ¶ Notandū insup ꝙ genus pōt sumi vl' pro ipsa scōa intentiōe q̄ est bitudo vel cōparatio quidditatis p̄dicabilis in qd de pluribus differētib⁹ spē ad ipsas spēs vl' pōt sumi pro ipsa re vel qdditate in se considerata absolute vl' tertio mō ꝓ ipsa qdditate cōcepta sub illa secūda intētione. ¶ Hic āt nō diffinit ipsa qdditas vel res absolute cōsiderata: q: eius cōsideratio nō ptinet ad logicū sed ad metaphysicū. Sed ꝑm alios hic diffinit ipsa quidditas cōsiderata sub illa secūda intētione: q̄ opinio satis est ꝓbabilis q: logica ē de secūdis intentionibus adiūctis ꝑmis ꝑm Anic. Et ꝑm hoc de facili possunt itelligi diffinitiones q̄ sunt in logica. Uerūtamē q: quidditas sic cōsiderata nō dicit vnū conceptū per se: sed per accidēs aggregatū. s. ex re & intentiōe. Diffinitū aūt debꝫ esse vnū ꝓ se ex 7° metaphysice: q: etiā logicus per se cōsideraꝛ secūdas itētiōes: ꝑmas aūt nō nisi inq̄ntū sunt fundamēta secūdaꝝ vidēt meli⁹ dicēdū ꝙ hic diffinit scōa intētio: qđ consonat dicto Scoti. j. di. 4. sen. vbi ait qđ intētiōes logice q̄ significāt cōceptus in aīa ꝓ se vnos diffiniunt̄ assignādo eis gña & dꝛias eo mō quo possunt ea habere ponendo ēt ipsaꝝ fundamētū & terminū: sicut fit cōiter in relationibus ¶ Hoc mō diffinit intētio quā dicit genus cui loco generis assignat ratio predicabilis q̄ est cōis ad quinq̄ predicabilia. ¶ Predicari aūt de pluribꝰ differentibꝰ spē in quid ponit loco differētie. ¶ Per hoc. n. differt genꝰ a spē & dꝛia nō qđē ꝙ illa secunda intētio q̄ dꝛ genꝰ p̄dicet de pluribus differētib⁹ specie: sed q: est nata fundari i qdditate sic p̄dicabili. Ipsa. n. intētio solū predicat de pluribꝰ differentibꝰ numero ꝑm Scotuꝫ. vj. q. quolibetoꝝ fundamētū ergo intentionis est illō qō p̄dicat. Termini vo sunt ipse spēs ō q⁹ bus p̄dicat. Genus igit̄ est predicabile quod predicatur &c. hoc est genꝰ est relatio p̄dicabilis quod predicat de pluribꝰ differētib⁹ spē &c. De quo nota ea q̄ dicta sunt in diffinitione ꝓmi: secunduꝫ hoc poterūt declarari alie diffinitiōes se cūdarū intentionū logicaliuꝫ. circa qō ꝛ intēdo i mozari. ¶ Sed ꝓ p̄dicta arguit tripliciter: & videt ꝙ hic nō diffiniat intētio gñis q: hic diffinitur illud qō p̄dicat de pluribꝰ differentib⁹ spē: sed intētio nō p̄dicat. Sed res suba intētioni: ergo intētio hic nō diffinit maio: est nota ꝓbatur mino: quia illa est vā. hō est animal: ista aūt est falsa homo est genus. ¶ Itē videtur ꝙ predicabile nō se habeat vt genus ad intentionē generis: q: tunc idem esset superius & inferius respectu eiusdē ꝓbatur consequentia. sicut ista est vera genus est predicabile. ita ista predicabile est genus posito casu ꝙ sit genus ad quinq̄ predicabilia. ¶ Item videtur ꝙ genus etiam sumptuꝫ pro re subiecta intentioni non predicetur de pluribꝰ differentibus specie vt animal de homine quia pars non predicatur de toto: genꝰ autem est pars est essentialis speciei cuꝫ se habeat vt materia differentia autez vt forma. 8° metaphysice. ergo genus nō predicatur de specie. ¶ Respondeo ad primum dicendum est ꝙ maio: non est vera. Non enim illud quod predicatur hic diffinitur sed intentio que fundatur in id quod predicatur que quidez ꝓ suū fundamētū notificat. nec ē icōueniēs rōnes ratiōis diffiniri ꝓ sua fūdamēta cuꝫ

Arist. 5° metaphysice distiguat modos seu spēs relationū realiū p ipsaꝝ fundamēta qꝛ ipse differētie specifice ꝑꝑ earuꝫ modicā entitatē forte nos latēt. Relationes āt rōnis sunt minoris entitatis q̄ relationes reales. ¶ Ad secundū qñ arguitur ꝙ si predicabile esset genꝰ tūc idē eēt supius ⁊ inferiꝰ respectu eiusdē. Dico ꝙ ꝯña non vꝫ. ad ꝓbationē rñdeo ꝙ qñ dicebat genꝰ est predicabile est p̄dicatio p se supioris de suo inferiori: sicut p̄dicabile est superiꝰ ad genus. ¶ Quando aūt dr̄ p̄dicabile est genus: non est p̄dicatio per se: sed denominatiua predicatio sicut dicendo aīal est genꝰ. ¶ Contra hoc arguit qꝛ inferiꝰ non pōt denominatiue p̄dicari de suo superiori cū in predicatiōe denominatiua p̄dicatū distinguat realit a subō sicut accidens eius. ¶ Rñdeo ꝙ illud est verꝝ in p̄dicatiōe denominatiua stricte sumpta: nō aūt large: vt .n. dictū est. c. precedenti: qꝛ superiꝰ est potētiale respectu inferioꝝ. Inferius āt est actuale ideo q̄si denominatiue ipsuꝫ respicit. Inferiora ēt quodāmodo accidūt supioribꝰ accipiēdo ēt accidēs ꝓ extraneo: qa non sunt de ratione superioꝝ. ¶ Ad tertium dico ꝙ pars non predicat de toto per modum partis. vnde ista est falsa. hō est aīalitas sed bene predicat per modum totius in concreto rōne suppositi qđ cōcernit: ⁊ ideo hec est vera hō est aīal.



Ad cognoscenduꝫ āt hoc mēbrum .s. differentibus specie, opꝫ scire ꝙ differens dicitur tot modis, quot modis dicitur idez. Idem aūt dicitur tripliciter. s. idez genere idem specie idē numero. Eadē genere sunt quecūqꝫ sub eodez genere cōtinētur: vt homo est asinus sub animali eadē spē sunt quecūqꝫ sub eadē spē continētur vt sortes ⁊ plato sub hoīe Idē numero dicitur quadrupliciter. s. idē noīe idē diffinitōne idē proprio ⁊ idē accidēte. Eadez nomine sunt quoꝝ res est vna: noīa v̄o plura vt marcus tullius. Eadē diffinitione sunt quoꝝ vnū ē diffinitio alterius: vt aīal rationale mortale ē diffinitio hoīs. Eadē ꝓprio sunt quoꝝ vnū ē propriū alterius. vt hō ē risibile. Eadez accidēte sunt quoꝝ vnū ē accidēs alterius vt sor. ⁊ albedo que ē in ipso. Silr differēs dicitur tripliciter .s. genere spē ⁊ numero. Differentia genere sunt q̄ sub diuersis generibꝰ continētur: vt hō sub aīali arbor sub plāta. Differētia spē sunt quecunqꝫ sub diuersis speciebus continētur vt hō ē asinus sub aīali. Differētia numero sūt q̄ faciūt diuersuꝫ numeꝝ: vt sor. ⁊ plato. Illud v̄o dicitur p̄dicari in quid quod cōueniēter respondetur ad interrogationē factā p qd: vt si q̄rat qd ē hō cōuenienter rñdet aīal: ⁊ iō aīal predicat in quid de homine. Aliter āt diffinitur sic genus. genus est cui supponit spēs.



Uia vero opposita iuxta se posita clarius elucescũt. ¶ Quot.n.modis dicitur vnũ oppositoꝝ: tot modis dr̃ ⁊ reliquũ. Jõ dic̃ auc. ad cognoscẽdũ hoc mẽbꝝ drñtib⁹ spẽ opꝫ scire quot modis dicit̃ idẽ q: tot dicitur differẽs. Idẽ aũt dicitur tripliciter idẽ genere: idẽ spẽ: idẽ numero. Uñ eadẽ genere dicunt̃ quecunq; sub eodem genere ꝯtinent̃: vt hõ ⁊ asinus sub animali. Et per oppositũ differẽtia genere dicũtur que sub diuersis generibus cõtinentur: vt homo sub animali: ⁊ arbor sub plãta. ¶ Pro quo est notãduꝫ ꝙ duplex est genus. s. logicũ ⁊ philosophicũ. Gen⁹ philosophicũ dr̃ subiectũ vel materia q̃ est subiectũ generationis ⁊ corruptionis. vñ illa sunt idez genere philosophico que habẽt idẽ subiectum vel materiã cõmunẽ circa quã possunt habere trãsmutationẽ mutuã: ⁊ que nõ habent nõ sunt idẽ genere hoc mõ. Et de tali loqtur Ari. x. meta. vbi dic̃ ꝙ corruptibile ⁊ icorruptibile differũt pl⁹ q̃ꝫ gñe. Illa v̄o sunt idẽ gñe logico que cõueniunt in aliquo cõi p̃dicabili de pluribꝰ differentib⁹ specie in qd. ⁊ de hoc genere loqtur auctor nõ de p̃mo. Uñ sub stãtia corporea ⁊ icorporea lꝫ sint idem gñe logico: tñ differunt genere philosophico. Eadẽ spẽ sunt q̃ sub eadez spẽ cõtinent̃: vt sor. ⁊ pla. sub hoĩe. Differentia v̄o spẽ dicunt̃ q̃ ꝯtinent̃ sub diuersis spẽb⁹: vt sor. ⁊ brunellus: vel q̃ hñt differentias specificas oppositas: vt hõ ⁊ equ⁹. Eadẽ numero dicunt̃ q̃ nõ faciũt diuersuꝫ numerum: vt hõ ⁊ aĩal rõnale. Differentia v̄o numero sunt q̃ faciũt diuersuꝫ numerũ. vt sor. ⁊ pla. faciũt numerũ binariuꝫ q̃ est spẽs diuersa a trinario: ⁊ si adderet̃ Cicero esset numerus ternarius. Sunt.n. distincte res numerate habentes distinctas differentias numerales. Et ponit auctor q̃tuor modos idẽtitatis numeralis. Et silr possent poni quatuor modi differentie numeralis. Sed hoc non est necesse: q: satis hñtur per alias. s. per modos idẽtitatis numeralis. quoruꝫ prius est idẽ noĩe. ⁊ dicuntur eadez noĩe quoꝝ res est vna. nomina v̄o plura. ⁊ sunt noĩa synonima. vt marcus tullius que lꝫ sint plura nomĩa dicunt̃ tñ eadem noĩe. q: cõueniunt in identitate rei nominate. Scd̃s modus est idem diffinitione: qñ. s. vnũ est diffinitio alterius: vt aĩal rõnale ⁊ homo ⁊ pñt reduci ad primuꝫ modũ: quia ꝑ varia nomina diffinitionis ⁊ diffiniti iportatur res eadez: q̃ qdem ꝑ diffinitum importat̃ implicite ⁊ ꝑ diffinitionez explicite. Tertius modus est idez proprio: quando scilicet vnum est proprium alterius: vt risibile est ꝓprium hominis. Quartus modus est idez accidente qñ vnũ est accñs alteri⁹. ¶ Ad euidentiaꝫ p̃dictorũ notandũ ꝙ differentia ⁊ diuersa aliqñ sumunt̃ large: ⁊ sic vnuꝫ sumit̃ ꝓ reliquo. Uñ sicut dicimus diuersa numero gñe vel spẽ sic ⁊ dr̃ia numero genere vel specie. alio mõ sumunt̃ stricte ⁊ sic differũt adinuicem. Illa.n. q̃ in nullo qdditatiue ꝯueniũt vt vltime dr̃ie dicunt̃ p̃mo diuersa. nõ tamen dicunt̃ differentia: quia vt dicit ph̃us quinto metaphysice. dr̃ia sunt aliqd idez entia. i. in aliquo ꝯuenientia: vt hõ ⁊ equi⁹ q̃ ꝯnueunt in animali: lꝫ differãt ꝑ rõnale ⁊ irrationale. ¶ Notãdũ insuꝑ ꝑm Sco. di. iij. ij. sen. ꝙ vnaqueq; res ẽ singularis: ⁊ vna numero per aliquã entitatẽ positiuã ꝑsone determinãtẽ naturã ad singularitatẽ: q̃ qdez entitas vocat̃ dr̃ia indiuidualis vel heccẽitas. ꝓbat̃ q: oĩs differentia differentiũ reducit̃ ad aliq̃ p̃mo diuersa: alioquin nõ esset status in differentib⁹. Sed indiuidua ꝓprie differunt q: sunt differentia ⁊ alicui idez entia. ergo eoꝝ dr̃ia reducit̃ ad aliqua p̃mo diuersa. Ista p̃mo diuersa nõ sunt nã i isto ⁊ i alio. nã i nã ꝯueniũt. ergo p̃ter naturã in isto ⁊ i alio sunt aliqua qb⁹ hoc ⁊ illud

differūt. Sz hec nō sunt mā nec forma nec accidētia: ergo erūt alique entitates positiue per se determinātes naturam. ¶ Qd āt materia ⁊ forma nō sint causa indiuiduatiōis nec distinctionis numeralis ꝓbat̄ qꝛ q̄cunq; sunt de qdditate spēi nō cōstituunt esse alicuius idiuidui: materia ⁊ forma sūt hmōi. ergo ⁊c. maior pz qꝛ de cui⁹ qdditate sunt p̄ncipia indiuiduātia ipsum est idiuiduū de se. minor pz septimo ⁊ octauo metaphysice: Itē in accidentib⁹ nō est materia: vbi tñ est distinctio indiuidualis. Quod ēt indiuiduatio substātie nō habeat esse ꝑ quātitatē vel cetera accidentia ꝓbat̄ qꝛ substātia est prior oī accidēte ex septimo metaphysice. ergo ꝯuenit substātie p̄me ex sua rōne ꝙ sit hec prius q̄ determinet̄ aliquo accidente. ¶ Sz cōtra p̄dicta arguit̄ p̄mo: qꝛ Boeti⁹ determinate dicit ꝙ differentiā in numero accidentiū varietas facit maxime in loco. ergo indiuiduatio subiecti fit ꝑ accidentia. ¶ Item in. v. metaphysice dicit Arist. ꝙ illa sunt vnū numero quorū materia est vna. ergo materia est causa indiuiduationis seu vnitatis numeralis. ¶ Respondeo ad Boetiū ꝙ varietas accidentiū facit differentiā in numero nō causaliter sed notificatiue: eo ꝙ distinctionez numeralē concomitatur varietas accidētiuz q̄ habent̄ ꝑ hūc versuz. Forma figura locus stirps nomen patria tēpus. ¶ Ad secundū dico ꝙ materia ⁊ forma opponunt̄ relatiue ex secūdo physicorū. ⁊ quot modis dicit̄ vnū oppositorū tot modis dicitur ⁊ reliquū ex p̄mo thopicorū. Forma āt quantū ad p̄ñs spectat dicit̄ dupliciter. vno mō pro forma ꝑtis sicut anima est forma corporis alio mō pro forma toti⁹ que est ipsa qdditas q̄ apud Aristo. frequenter dicit̄ forma qnto metaphysice capl'o de cā. ⁊ septimo vt humanitas ē forma nō alteri⁹ partis cōpositi sed totius. Notādum ꝙ entitas cōpositi q̄ distinguitur a partibus est forma toti⁹ cōpositi sicut ipsa natura tota vt hūitas que vocat̄ quidditas. Quod aūt quidditas possit dici forma totius: patet per philosophuz quinto metaphysice capl'o de cā vbi dicit ꝙ forma totius non est forma informans sed est forma tm̄. Et sic non est intelligendū ꝙ talis forma informet materiam ⁊ forma partis vel ip̄m totuz tanq̄ aliquid inclusum in toto. sed est sic forma totius ꝙ est tota natura seu quidditas sui totius. Igitur materia correspōdenter dicitur dupliciter. qꝛ quedam est materia que opponitur forme partis. ⁊ hec st materia que est principiuz essentiale constituens cū forma vnuz ens per se. Et quedaz est materia que opponit̄ forme totius ⁊ ipsi quidditati. ⁊ per consequens est extra rationē quidditatis rei formaliter. Et hec est materia q̄ est differentia seu proprietas indiuidualis que ē causa indiuiduationis que potest vocari hecceitas. Cum ergo dicit Aristo. ꝙ illa sunt vnum numero ⁊c. Loquit̄ de materia non primo modo sed secundo mō que cōgrue vocatur materia quatenus constituit rem in vltimo esse subicibili ⁊ materiali non autez in esse formali: qꝛ nō pertinet formaliter ad formalē quidditatem rei. Et hec quidē expositio consonat littere philosophi. Subdit. n. ꝙ illa sunt vnuz specie quoꝝ ratio est vna. Ratio qdem ibi sumitur pro quidditate que dicitur forma respectu differētie indiuidual'. ¶ Et notandū ꝙ sicut realitas a q̄ sumitur genus est potentialis ad realitatē a q̄ sumit̄ dr̄ia specifica. ita ꝙ hec realitas n̄ est formaliter illa. alioquin in diffinitione esset nugatio: sic realitas specifica est potentialis ad differentiā indiuidualez q̄ est actus determinans naturā specificaz ad singularitatē. nec icōueniens est ipsaz differentiā indiuidualē habere rationē act⁹ ⁊ materie diuersis tamen respectib⁹: hz enim rationem materie inquantū cōstituit in vltimo esse subicibili: sed habz rationez actus inquantuz determinat natu

ram specificaz ad esse hoc: ⁊ inquantum distinguit vnuz indiuiduū ab alio. actus eniz determinat ⁊ distiguit septimo metaphysice. Hec materia habet magis cōsiderari a metaphysico q̄z a logico: ideo de ipsa succincte pertranseo:

Item genus diuiditur i gen⁹ generalissimum ⁊ genus subalternuz. Gen⁹ generalissimum est supra quod non est aliud genus superueniens. vel gen⁹ generalissimū est quod cum sit genus nō potest esse species. Et diuiditur in decem generalissima q̄ sunt decem predicamenta. s. substātia quantitas q̄litas relatio actio passio situs habitus vbi ⁊ quādo. Hec aūt decem dicuntur genera generalissima quia nullum genus habēt supra se. Et licet ens sit supra ipsa tamē nō dicitur de ipsis vniuoce sz equiuoce ideo non est genus. De his āt nihil ad p̄sens dicetur. sed in predicamentis. Genus subalternum est quod cū sit genus bñ pōt esse species vt aīa l ē genus hoīs ⁊ equi ⁊ est species corporis animati.

Deinde diuidit auctor gen⁹ in genus generalissimuz ⁊ gen⁹ subalternū. Circa qd̄ sciendū ꝙ superlatiuū pōt capi dupliciter. s. affirmatiue ⁊ negatiue. Unde generalissimū negatiue sumptū dicit quo nihil est generalius. Et hoc mō sumitur ab auctore cum dicit ꝙ genus generalissimum est supra quod non est aliud genus supra veniēs Alio mō sumēdo affirmatiue dr̄ gen⁹ gñalissimū qd̄ ē gñali⁹ oī alio. Et sic nullū gen⁹ dr̄ gñalissimuz simplr̄ loq̄ndo. tūc. n. tm̄ esset vnū generalissimuz qr̄ s̄m. Priscianū: Quod per supabundātia dr̄ vni soli conuenit. Qdlibet tm̄ gñalissimū pōt dici generalius oī alio: nō simplr̄ sed oī alio sue coordinationis. ¶ Notādū insup ꝙ superlatiu⁹ nō semp superlatiue sumit̄ siue affirmatiue: siue negatiue: vt declaratū est: sz aliquādo tm̄ sumit̄ intensiue: ⁊ tūc tm̄ valet sicut valde. Uñ hoc mō pōt dici de quolibz sancto ꝙ est sanctissim⁹. i. valde sanctus. Et hoc mō sepe sumit̄ ab auctorib⁹. Et diuidit̄ genus generalissimū in decē p̄dicamēta. q̄ sunt substantia q̄ntitas q̄litas relatio actio passio vbi qñ situs vl̄ positio ⁊ habit⁹ q̄ dicūt̄ generalissima qr̄ nulluz hñt genus supra se. Iz eniz ens dicat̄ de ipsis: tm̄ s̄m auctorē non est genus qr̄ est equocū ad ipsa. A quo discordat doctor subtilis ponēs tertia ⁊ octaua di. p̄. sen. ens eē vniuocū ad deū ⁊ creaturā subaz ⁊ accñs: cū dicat vnū ꝯceptū cōez ipis. Sz tm̄ nō sequit̄ ꝙ sit gen⁹: qr̄ nō ꝯhitur ad deū ⁊ creaturā: nec ad sbaz ⁊ accñs: sic ad spēs p dr̄ias: sz p modos itrīsecos. Uñ dicit Ari. 4° metaphysice ꝙ ens dr̄ multiplr̄: ñ tm̄ equoce sz vniuoce cū equocū ⁊ vniuocū sint imediata: vt pz ex rōnib⁹ ipsoꝝ. Nec obstat ꝙ p p̄us dicitur de deo q̄z de creatura ⁊ de suba q̄z de accñte: qr̄ analogia non repugnat vniuocationi: vt videbit̄ p̄mo. c. p̄dicamētoꝝ. Si q̄rat̄ ergo q̄re ens nō est gen⁹. Qñ. n. p̄dicat̄ aliqd ⁊ p̄dicat̄ in qd ⁊ i plus difficile ē euader̄ qn sit gen⁹ s̄m Ari. i libro thopicoꝝ. Dico ꝙ lz sit difficile ñ tm̄ ē ipossile. Cā. n. q̄re ens non est genus est quia genus contrahit̄ ad spēs per differentias. Realitas eniz a qua su

mit gen⁹ est potētialis ad realitatē a qua sumit dr̄ia. als genus cōplete diffiniret. Ens aūt nō cōtrahitur ad deū ⁊ creaturaz ad subaz ⁊ accidens ꝑ differentias sz ꝑ modos intrinsecos vt videbit p̄mo. c. p̄dicamentoꝝ. Alia ratio huius assignat a doctore subtili. iij. dis. p̄. sen. vide ibi. Quia vero hec materia nō est p̄ntis speculationis vsqz ad. iij. iiij. metaphysice differat. ¶ Genus subalternū dicit ꝙ eū sit gen⁹ pōt esse spēs. qz videlicet hēt supra se gen⁹ ⁊ sub se spēs: vt aīal est genus hois ⁊ equi ⁊ species corporis aīati. ⁊ dicit subalternū q̄si sub alio positum.

De specie.

Species est qđ predicatur de pluribus differentibus numero in eo qđ quid. In hac enim diffinitiōe hoc verbum predicatur dicit aptitudinē ⁊ nō actum. Similiter ⁊ in aliis hō predicatur de sorte ⁊ platōe ⁊ de aliis ꝑticularib⁹ hoībus que differūt numero vt prius patuit. Diffinitur etiaz sic spēs. Spēs est que ponitur sub assignato genere ⁊ de qua genus ī eo qđ qd predicatur. Et diuiditur ī speciez spālissimā ⁊ subalternaz. Spēs spālissima ē que cū sit spēs nō pōt esse genus vt hō equus ⁊ similia. ve lē illa sub qua nō est īferior spēs sub se. Spēs subalterna est que cū sit spēs bn̄ pōt esse gen⁹. vnde quecunqz sunt inter genus generalissimum ⁊ spēm spālissimā p̄nt esse genera ⁊ spēs ad aliud tn̄ ⁊ ad aliud sumpta. Sunt. n. genera respectu īferioꝝ. Spēs vero respectu supioꝝ sicut patet ī arbore. vt hoc aūt sit magis planum sumatur exēplum in vno quoqz p̄dicamēto: vt substātia est genus primū ⁊ sub hoc ponitur corp⁹: ⁊ sub corpore ponitur corpus animatū: sub corpore aīato aīal ⁊ sub aīali aīal rōnale: ⁊ sub rōnali hō: ⁊ sub homie sunt īdiuidua: vt sor. ⁊ plato. Indiuiduū est quod de vno solo p̄dicat vt sor. đ seip̄o ⁊ hec patēt ī arbore porphirii Ista tibi plana dabit porphiriana.

Postq̄z auc. đterminauit đ gn̄e: hic ꝯnter determinat de spē ꝓcedendo a magis cōibus ad min⁹ cōia. Realitas. n. a qua sumit genus est in plus q̄z sit natura specifica. ¶ Ad cui⁹ euidētia sciendū ꝙ spēs sumit multis modis. Uno mō ē idē ꝙ formositas vel pulchritudo q̄ cōsitit in debita ꝓportione mēbroꝝ. Secūdo mō idē est qđ similitudo obiecti. Sicut loqtur Ari. in libro de aīa di. ꝙ lapis nō ē in aīa: sz spēs lapidis: Tertio mō est accn̄s partiū orationis. Quarto mō sumit ꝑ natura specifica. Quinto mō ꝑ secunda intentiōe q̄ in ipsa fundat. Et hoc mō sumit in proposito. Et pōt diffiniri eodē mō quo fuit assignata diffinitio generis. Per illud aūt relatiuū qđ intelligit p̄dicabile qđ ē genus ad spēm: ꝑ illud qđ dicit differē-

tib⁹ numero differt spēs a gñe: qz ly possit predicari de plurib⁹ differentib⁹ numero nō tm̄ solū nec imediate. ⁊ per hoc qō dicit in eo qd gd differt a dfia ppio ⁊ accidēte: q̄ pdicātur in ḡle. Et diffinit hic spēs specialissima. Spēs.n. subalterna nō est pdicabile distinctū a gñe ly predicat dicit aptitudinē ⁊ nō actuz. sicut in alijs diffinitionib⁹. ¶ Itē aliter diffinitur spēs sic. Species est q̄ ponit sub assignato genere. vl de qua gen⁹ in eo qō gd est predicat. ¶ Circa qō est notandū qp auc. in precedētib⁹ notificauit spēm per cōpositionē ad indiuidua. hic aūt p cōparationez ad genus. ¶ Non est āt incōueniens idez bēre plures diffinitiones large sumptas p cōparationē ad diuersa: vt supra declaratū in diffinitione vocis. Et conuenit hec diffinitio tā spēi specialissime q̄z spēi subalterne. Species itaq; ponit sub genere sicut min⁹ cōe sub magis cōi immediate qdez ad differentiā indiuiduoz ⁊ directe ad dfiaz dfiaruz. Et ponit sub gñe nō quocūq; vt bō nō ponit sub colore: sed sub gñe assignato. i. determinato: qō essentialr includit: ⁊ ideo de ipsa predicatur in quid. ¶ Deinde diuidit auc. speciē in spēz specialissimā ⁊ subalternaz. Spēs specialissima est q̄ cū sit spēs non pōt esse gen⁹. Est.n. spēs cū habeat genus supra se: sed nō pōt esse gen⁹ qz non habet aliquā spēz sub se. vnde nomē speciei verius q̄uenit speciei specialissime q̄z subalterne. Dr nāq; species a specificādo seu determinādo. Genus āt magis determinat in specie specialissima q̄ ñ pt vteri⁹ specificari ⁊ determinari p dfias formales q̄z i specie subalterna q̄ adhuc est specificabilis ⁊ ꝺterminabilis. Spēs enīz subalterna cū sit species pōt esse genus: qz videlicet est vteri⁹ diuisibilis p differentias formales q̄ pstituūt diuersas species sub ipsa. vñ oia q̄ ponunt inter genus generalissimū ⁊ speciez specialissimā sunt genera ⁊ species p cōparationez ad diuersa. Sunt.n. genera respectu inferioꝝ ⁊ species respectu superioꝝ Exemplū huj⁹ quo ad predicamentum substātie patet in arbore porphirij: ⁊ posset etiaz poni in alijs pdicamentis. ¶ Pro quo notādū qp hmōi coordinatio pōt dici arbor p quandā similitudinez ad arborem naturalez in q̄ sunt tria. s. radix truncus ⁊ rami. Genus generalissimuz pōt dici radix inquātū cōtinet inferiora pmiscue sine sine potentialr vel ipsa indiuidua in quātū cōtinent sumo apositiue ⁊ actualr ¶ Ponunt aūt indiuidua in pdicamento i quātū abstrahunt ab existenti actuali ꝓz Sco. iij. di. 2. sentē. Unde hic bō tm̄ includat naturaz specificā cū differentia indiuiduali nec plus includit existentiā actualez formaliter q̄z bō. Luz.n. ꝓm Ari. ꝓmo posteriox sit status i quolibz pdicamento in surſuz seorſuz ⁊ deorſuz: sicut inuenit ibi supremū cōsiderādo illud ratione esse essentie pcise: ita inuenit ibi infimuz. s. singulare absq; omni existentia actuali. De ipsis vero singularib⁹ inq̄ntuz icludunt existentiā actualez nō est sciētia ꝓz Ari. 7° metaphysice: qr ipsis absētib⁹ seu remotis a sensu ignotū est vtrū sint aut non sint. Et ponunt indiuidua in recta linea pdicamentali: cū formaliter includant oia superiora: iz enim videantur poni lateraliter hoc est ad ostendendum ipsoꝝ multitudine sub eadē spe. Genera aūt ⁊ species q̄ ponunt in recta linea se habent sicut truncus arboris naturalis. Differentie vero collaterales se habent sicut rami. Substātia itaq; diuidit p corporeā ⁊ icorporeā. Ex suba aūt ⁊ corporeitate sicut ex genere ⁊ dfia cōstituitur corpus: sicut etiā ex suba ⁊ icorporeitate pōt cōstitui alia spēs. vtpote spūs creat⁹. Et sic possz dici de alijs generib⁹ cū differentijs positis a parte dextra q̄ sunt differentie positiue: cū ex ipsis ⁊ generibus cōstituant species ipsas tm̄ per noia pnātina circūloquimur ꝓpter penuriā nominū. Insuper corp⁹ diuidit p aiatum. ⁊ inanimatuz. Corp⁹ animatū cōstituit

allam speciem quam pp penuriam nominū circūloquimur per illud cōpletuz corpus animatū. Qō vlterius diuidit per sensibile ⁊ isensibile. Sensibile potest capi duplr. s. passiue ⁊ actiue. Sēsibile passiue dr̄ q ē aptū natū sentiri ⁊ sic oē corpus est sensibile: nō hoc mō sumitur i ppōsito. Sensibile vo actiue dicit qō est aptū natū sentire: ⁊ sic ex corpore aiato ⁊ illa dr̄a ꝓstituitur aial. ¶Rursus aial diuiditur per rōnale per irrationale rōnale aūt additū animali cōstituit hominē. Qō autē animal rōnale diuidat p mortale ⁊ imortale nō ē fm veritatem imo repugnat fidei catholice: ꝛ hoc ponit recitando opinionem ¶Porphirij ⁊ quorūdam paganorum ponentium pluralitatem deorum quos dicebant esse animalia rōnalia ⁊ imortalia ad distinctionem hominum qui sunt mortales. Et huius opinionis fuerunt quidā ponentes demones esse animalia corpore aerea mēte rōnalia duratione eterna. ¶Huius etiā opinionis fuerunt ponentes corpora celestia esse animata. ¶Ponebāt.n. intelligentias esse animas celorum quosdam deos virtutis infinite. Que opinio a quibusdam ꝛponitur philosopho: licet falsē fm Aquilinum doctorem Sco. in quolibetis: ⁊ xliij. di. ij. sen. Quod ex ꝛ pz q: xij. metaphysice ponit esse vnum deū omnium principē. ℂ Entia nolunt male regi: nec bonū pluralitas principatuī. vnus ergo princeps: ⁊ sic non sunt plures dij. ¶Probat etiam. viij. physicorum. ¶Potentiam infinitam non esse in magnitudine sed primū mouens quod pōt esse virtutis infinite esse ipartibile. nō ergo est animal seu corpus animatū Et si arguatur q ipse videt ponere. ij. celi ⁊ xij. metaphysice celuz esse animatū. ¶Rideo q aia hz duplex officium respectu corporis informādi. s. ⁊ mouendi q: ē forma corporis: ⁊ corporis motrix. vbicūq; ergo philosophus loquitur de anima celi: exponendum est fm condictionem qua anima est motrix corporis ⁊ non forma. Et illa aia est intelligenda huic orbi coniuncta: vt ꝓpria motrix. ⁊ talis non est nisi vnica vnius: ita q coniungit orbi in ratione motricis ⁊ nō in ratione informantis. ℂ Diffinit vlteri⁹ auctor indiuiduū dicens q est quod de vno solo p̄dicat: vt sor. de seipso. ⁊ refertur ly qō est p̄dicabile in cōi. ¶Per hoc āt qō p̄dicat de vno solo differt a p̄dicabili ꝓprie sumpto qō p̄dicat de pluribꝰ Et hoc pz q illud qō dicit Ari. in p̄dicamētis q a pma substātia nulla est p̄dicatio: q. s. pma substātia vel indiuiduū nō ē p̄dicabile ꝓprie sumptū. ⁊ ideo ab ipa nulla est predicatio ꝓprie sumpta pſone superioris de iferiori: ꝛ bene eiusdez de seipso. Dz autez intelligi diffinitio indiuiduī de p̄dicatione vniuoca. Sor. autem bñ p̄dicat de pluribꝰ vocatis illo nomine: ꝛ non fm vnā rationem: q: sola vox est ipsis cōis: ⁊ nō aligs cōceptus sumptus fm illud nomen. Et notandum q indiuiduū vel singulare pōt sumi: vel p scōa itētiōe quā denotat singularitas: vt p eo q subest illi intētioni. s. pro sorte vel platone. Et. fm hoc multipliciter pōt declarari diffinitio idiuiduī: sicut dictum est de diffinitione generis. Jtez duplex est indiuiduum. s. signatum ⁊ vagum. Indiuiduum signatū est quod ꝓportat vnū solum suppositum ⁊ determinate sumptū: vt sortes ⁊ hic homo. Indiuiduū vagū ē qō designat vnū solū suppositū: ꝛ sit ideterminatuz nobis qd sit illud suppositum: vt aligs hō. Terius.n. cōis quantum est de se potest sumi pro suppositis vel natura. Signa vo vniuersalia vel ꝑticularia inēta sunt ad denotandū terminū cōmunē sumi p suppositis. ¶Particularia sigdē. p vno ꝛ mō vago ⁊ ideterminato. Vniuersalia vo p multis Exēplū qñ terminus supponit p suppositis: vt hō currit. Exēplū qñ sumitur p natura: vt homo est species. ℂ Vide nunc arborem ¶Porphyrij.

Predicabilium porphirii

Genus — Generalissimū

Substantia



De differentia.

Differētia dicitur tripliciter. Coiter proprie ⁊ magis ꝓprie. Communis differētia est qua vnū differt ab altero separabili accidēte: vt sortes sedens differt a platōe currente. Propria differentia est qua vnum differt ab altero īseparabili accidēte: vt sortes simus differt a platōe aquillo. Differētia magis propria est qua vnū differt ab altero specifica differētia vt homo per ratiōale differt ab equo ⁊ asino. Et diffinitur sic differentia est quod predicatur de pluribus differētib⁹ spē in eo quod quale vt rationale predicatur de homine ⁊ de his que differūt specie. Sumus enim rationales nos ⁊ dii vt vult porphirius: sed mortale additū nobis separat nos ab illis. Illud aūt dicitur predicari in quale qđ conuenienter respondetur ad interrogatiōem factā per quale: vt cum queritur qualis est homo: conuenienter respōdetur rationalis. Et ideo ratiōale predicatur de homie ī quale. Aliter sic diffinitur differentia est qua abundat spēs a genere vt homo abundat ab aīali his differētiis ratōnale mortale. Et sciendu3 est ꝙ eadem differentia est diuisiua ⁊ cōstitutiua: scilicz diuisiua generis ⁊ constitutiua speciei: vt rationale diuidit aīal cum differentia sibi opposita. Dicim⁹ eniz aīalium aliud rationale aliud irrationale: ⁊ iste due differentie constituunt diuersas species sub aīali. Omnis eniz differentia adueniens generi cōstituit speciem. ⁊ ideo constitutiua vel diuisiua nomiatur. mortale enim additum super hoc genus aīal constituit speciem. Et ideo dicit Boetius ꝙ sola species diffinit. Diffinitō eniz consistit ex genere ⁊ differentia: sed sola spēs habet genus ⁊ differētias: ⁊ omne illud qđ habet genus ⁊ dr̄ias diffinit.

Postq̄ auc. đterminauit de spē q̄ est scđm predicabile. Hic ꝯnter đtermiat đ tertio p̄dicabili. s. de dr̄ia. pri⁹ āt đterminauit đ spē q̄ de dr̄ia: qꝛ spēs p̄dicat ī qd dr̄ia vo ī quale. Et diuidit dr̄az ī cōmunez ꝓpriā ⁊ magis ꝓpriā. vt eligat illā đ q̄ itēdit: q̄ diuisio lz nō sit bimēbris: tn̄ ē reducibilis ad bimēbrē. Dr̄ia. n. facit differre vel eēntialiter vel accidētaliter. Si accidētaliter hoc ē dupl'r. vel ꝑ accidēs separabile: vel inseparabile. Si ꝑ accidens separabile: sicut sor. sedens differt a se vel ab altero nō sedēte: sic est p̄mus modus. Si vo

per accidēs inseparabile sic est secundus mod⁹: vt sor. sim⁹ differt a platone aglio si v̄o facit differre eēntialiter: sic est terti⁹ modus qñ vnū differt ab alio dr̄ia specifica q̄ facit differre spē: sicut hō differt ab equo spē ꝑ rōnale. Pr̄ia differētia dr̄ cōis. q: talis differētia multū large sumitur: que. s. est ꝑ accidēs separabile. Scd̄a .n. dicit̄ magis ꝓpria: q: magis accedit ad nām differētie vere q̄ ꝑcedēs. Tertia dicit̄ magis ꝓpria q: facit differre essentialiter. alie v̄o nō. ¶ Et notādū ꝙ lz idē nō differat a seipso essentialiter: cum oē ens sit vnū. i. a se idiuisum ⁊ diuisum a quolibz alio idē tamē bñ differt a se accidētaliter: ꝑm ꝙ nūc est sub vno accidēte: nūc sub alio. Et si arguas ꝙ differentia ⁊ accidēs sunt distincta p̄dicabilia. ergo duo p̄mi modi differentie sunt male assignati cū ꝑtineāt ad p̄dicabile accidentis. ¶ Rñdeo ꝙ differētia est p̄dicabile distinctū ab accidēte in tertia acceptione ⁊ nō in duab⁹ p̄mis. ¶ Diffinit ergo auctor differētiā tertio mō sumptā de qua ꝓ nūc itēdit di. ꝙ differētia est qd̄ p̄dicatur de plurib⁹ differentib⁹ spē in eo qd̄ quale sicut sensibile p̄dicat̄ de hoīe ⁊ de asino q differūt spē: vt si q̄rat̄ qualis est hō: cōueniēter rñdet̄ sensibilis: ⁊ de asino siliter. Exēplū v̄o positū hic ab auctore. s. qūo rōale p̄dicat̄ de hoīe ⁊ de dijs nō est verū: vt declaratū fuit cap. p̄cedēti exēplorꝫ tñ nō reqrit̄ v̄ificatio. Ponūtur. n. exēpla nō vt vera sint: sz vt sentiat̄ addiscētes. ꝑ illud qd̄ itelligit̄ gen⁹ dr̄ie ipsius. s. p̄dicabile. Per hoc āt qd̄ dr̄ d plurib⁹ differētib⁹ spē excludit̄ dr̄ia constituēs spēz spālissimā. Talis. n. non p̄dicat̄ de plurib⁹ differētib⁹ spē: sz dr̄ia generalis q̄. s. ꝯstituit gen⁹ sicut sensibilitas ꝯstituit aīal. Et de ista dat̄ diffinitio hec. ⁊ ponit̄ i quale ad differentiā generis ⁊ speciei q̄ p̄dicant̄ in qd. Predicat̄ autē in quale ꝟz porphiriū q: hz rōne forme. Illud autez qd̄ hz rationē iformātis seu determinantis hz rōnez qualis. Et tale est duplex. s. essentiale ⁊ accidentale ꝑm ꝙ duplex est forma. s. essentialis ⁊ accidentalis. Differētia itaq̄z p̄dicat̄ i quale essentiale. accidēs vero in quale accidētale: ⁊ iō sibi ñ cōpetit hec diffinitio. ¶ Et notādū ꝙ differentia pōt sumi pro scd̄a itentione vel ei⁹ fundamento. ⁊ ꝟz hoc pōt vario mō exponi hec diffinitio vt dictū est in diffinitione generis. ¶ Ponit vlteri⁹ auctor aliā diffinitionē differentie dicens ꝙ dr̄ia est qua abūdat spēs a genere. Est. n. forma vel realitas quā icludit actualiter spēs vltra gen⁹: vt hō vltra sensibilitatez q̄ cōstituit aīal icludit rōnabilitatē. Hec āt diffinitio bñ cōpetit differentie specifice. ¶ Et notādū ꝙ lz genus cōtineat differentias oppositas potētialiter: sicut mā est i potentia ad plures formas. non tñ cōtinet ipsas actualiter. Sic eni aīal cōtinet potentialiter rōnale ⁊ irrōnale que ipsum diuidūt ⁊ cōstituunt diuersas spēs sub aīali. Et sic eadē differentia est diuisiua ⁊ cōstitutiua: non eiusdem sed diuersorū. Est. n. diuisiua generis ⁊ cōstitutiua specierū. differentia nāq̄z adueniens generi cōstituit speciez. vñ ex aīali tanq̄z ex mā: ⁊ ex rōnali tanq̄z ex forma cōstituit̄ hō: ꝑꝑ qd̄ dicit Boeti⁹ ꝙ sola spēs diffinit̄ diffinitione. s. qdditatiua q̄ indicat rei essentiā: ⁊ dat̄ ꝑ genus ⁊ differentiā. q: sola spēs spālissima vel subalterna hz gen⁹ ⁊ differentias. Genus tñ generalissimū pōt diffiniri diffinitione large sumpta. que dicit̄ descriptio vel diffinitio qd nominis ꝑ quā exprimitur vel notificat̄ qd importatur per nomen. ¶ Ad euidentiā p̄dictorꝫ notandū ꝙ est quedā opinio ponēs ꝙ in reb⁹ materialib⁹ materia nō est pars qdditatis specifice. qd̄ ꝓbat̄: tū q: 5° metaphysice dicit̄ ꝙ oēs ꝑtes diffinitionis sunt forme. Itē. ij. de aīa ⁊ alibi frequēter noīat philosophus formā ꝙ qd est rei. ¶ Sz hāc opinionem iprobat doctor aglinus Sco. xxij. di. iij. sen. Est. n. cōtra philosophuz. vij. metaphysice dicentē ꝙ mate

31

ria est pars speciei. Spēm āt dico ꝙ qd erat esse. Itez. viij. metaphysice dicit ꝙ oīs diffinitio hz qd ⁊ quale: ⁊ hoc oportet esse vt materiā: illud v̄o vt formam. Materia ergo nō ꝯcta ꝑ differētiā īdiuiduale absolute accepta ⁊ vlr: que est ꝑs potētialis illius cuius est ꝑtinet ad quidditatē specificā rei materialis. qđ ꝓbat tali rōne: qꝛ res materiales in sui essentia includūt causas intrinsecas. s. materiā ⁊ formā. ergo in earū diffinitione dz poni materia: ꝯña pz: qꝛ diffinitio īdicat totā quidditatē diffiniri siue eēntiā. Et tūc ad auctoritatē qñ dicit ꝙ oēs partes diffinitiōis sunt forme. Dico ꝙ nō sunt forme sibi inuicē cōparate: sed respectu diffiniti: qꝛ de ipso formaliter seu qdditatiue p̄dicant. Est. n. qdditas forma totius ⁊ nō partis. ⁊ ideo que spectāt ad quidditatē dicunt formaliter ⁊ qdditatiue p̄dicari. ¶ Ad aliā dico ꝙ forma dicit qđ quid est nō quin materia cōcurrat. Sz hoc dicit appropriate eo ꝙ forma ē p̄ncipalior causa ⁊ cōpletiua diffinitionis ⁊ qdditatis: qꝛ itaqꝫ forma est principalior in diffinitione: qꝛ etiā qdditas est forma totius: hinc est ꝙ sepe diffinitio dicit ratio formalis. Omnia etiā inclusa in diffinitione qdditatiua: siue sint genera: siue differentie vsqꝫ ad ens inclusiue pñt dici formalitates vel quidditates. De hac materia vide. vij. metaphysice. ¶ Est insuꝑ quedā opinio ponēs cōceptū generis nō esse aliuz a cōceptu speciei. Uñ dicunt isti ꝙ genus ⁊ species siue differentia solū differūt penes modos seu rationes cōcipiendi eūdez cōceptū: qꝛ genus dicit essentiā sub esse indeterminato ⁊ per modū determinabilis. Differentia autem dicit ipsam sub rōne determinantis ⁊ cōducentis ad esse determinatum speciei. Et ꝓbat per philosophuz septimo metaphysice. Genꝰ nihil ē preter eas q̄ sunt gñis spēs. Itez in eodē. 7. dicit ꝙ dr̄ia est tota substātia rei. ¶ Sz ista opinio nō est vera ꝑm doctorē aquilinum Scotum ibidez ꝓbat ꝑ Auic. 5 metaphysice. vbi dicit ꝙ lz genus ⁊ differētia p̄dicent de toto. i. de specie per se nō tñ significāt totū per se. sed genus significat mäle ⁊ dr̄ia formale: vtrūqꝫ significat ꝑtes. Cōfirmat qꝛ cōcept⁹ generis est alius a ꝯceptu differentie: sicut materiale est extra formale. ergo est ali⁹ a cōceptu speciei: sicut partialis a totali qꝛ spēs essentialiter ⁊ formaliter īcludit vtrunqꝫ. ꝓbatur antecedēs qꝛ differentia nō ꝑticipat genus nec ecōuerso. Sūt eni omnino alteri⁹ rōnis cū genus īcludat differētias superiores nō autē dr̄ia. Qđ ꝓbat: qꝛ ꝑm pħum. vij. metaphysice. Oīs diffinitio datur per genus primū ⁊ differentias intermedias vsqꝫ ad vltimā specificā. Si p̄mo modo seqtur nugatio. Si. n. differentia inferior īcludit formaliter superiorē īcludet oēs ītermedias. Cū ergo oēs ponant in diffinitione idē bis dicet. Si secundo modo adhuc sequit idē: qꝛ genus ꝓximū includit suā differētiā cōstitutiuā. Si ergo vltima differētia eā includit sequit ꝙ bis. dicetur. De quo peramplius vide. vi. di. 4. sen. Scoti. q. iij. Ex p̄dictis pz ꝙ gñis ē ali⁹ a ꝯceptu spēi. Et si q̄ras quid d̄terminate cōcipit ꝑ genus ⁊ differētiā. ¶ Rñdeo ꝙ per differentiā cōcipit vltimus actus quo spēs est id qđ est cōpletiue. Et per genus concipit potētiale respectu illius actus. hoc declarat sic: qꝛ. vij. metaphysice dicit q̄ sicut rō. i. diffinitio se hz ad rez: sic ꝑtes diffinitionis ad ꝑtes rei. In specie autē que ꝓprie diffinit nō sunt nisi due per se ꝑtes essentiales. s. actus vltimus quo spēs est illud qđ est: ⁊ potentiale respectu illius actus vltimi. Differentia ergo vltima specifica a qua ē vnitas ⁊ rei ⁊ diffinitionis cōpletiue īcludit ꝑ se p̄cise de suo ꝑ se ītellectu actum vltimuz ī re q̄ est cā vnitatis realis cōpleta. Genꝰ āt ꝓximū p̄cise īcludit per se ꝓximum potentiale respectu illius actus. Ne autez habeamus ponere cōceptus

generis ⁊ differentie esse ficticios. opꝫ ꝙ eis correspõdeãt aliq̃ i re distincta ex nã rei circũscripta oi operatiõe itellectus. Sꝫ talis dria hꝫ gradũ ꝑm quez genus ⁊ differentia pñi sumi ab alia ⁊ alia re: si sint diuerse forme: puta in homine: ita ꝙ ab vna sumatur genus: ⁊ ab alia differentia. vel possunt sumi ab alia ⁊ alia realitate: puta si sit species simplex vt albedo. ¶Primo modo dicitur differentia realis. scõo mõ vero dicitur differentia formalis vtraq; tamen ex natura rei. ¶Ad primum in oppositum dico ꝙ se cũda auctoritas allegata truncat. Unde additur in fine eius: aut si est: est quidez vt materia. Et hec est pars disiunctiue est vera. vt declaratũ est. ¶Ad secundum dicendum ꝙ philosophus nõ intendit ꝙ differentia vltima sit tota substantia rei nisi cõpletiue vt dictum est.

De proprio.

Proprium dicit quadrupliciter. Uno modo dr̃ proprius qõ conuenit soli ſꝫ nõ oi. vt eẽ grãmaticũ. Scõo mõ dicitur pprium quod cõuenit oi sed non soli: vt est bipedẽ. Tertio modo dicitur pprium qõ conuenit vni ⁊ soli ſꝫ nõ semp: vt canescere in senectute. Quarto mõ dicitur pprium quod cõuenit oi ⁊ soli ⁊ semp: vt risibile est homini omni ⁊ soli spẽi ⁊ semp. Hõ. n. dicitur risibilis non eo quod semp actu rideat: sed qr aptus natus est ad ridendũ. ⁊ pprium hoc mõ sumptum est vnum de quinq; ꝑdicabilib⁹. Et diffinitur sic ab aristotile. pprium ẽ quod cõuenit oi ⁊ soli ⁊ semp ⁊ cõuersiz predicatur de re ⁊ nõ idicat qd ẽ eẽ rei. vt risibile inest hoi nõ indicat qd est esse rei ponitur in diffinitione pprii ad differentiã diffinitionis q̃ cõuersim ꝑdicatur de re ⁊ indicat qd est esse rei. substãtia animata sensibilis cõuertitur cũ animali ⁊ idicat esse ei⁹. qr ois diffinitio datur p substãtialia. Omne. n. supi⁹ est de eẽntia sui inferioris. Diffinitio eniz diffinitur sic ab aristotile. Diffinitio ẽ oratio qd est esse rei significãs. pprium autem nõ indicat qd est esse rei.

Postq̃ auctor determinauit de differentia que ꝑdicatur in q̃le essentiale: hinc ꝙsequenter determinat de pprio qõ ꝑdicat in quale accidẽtale. Et primus determinat de proprio qõ hꝫ causam necessariã: ⁊ cõsequitur naturã specificã q̃z de accidẽte quod cõsequit̃ individuũ: ⁊ nõ hꝫ causam necessariã in subiecto. ¶Ponunt autẽ quatuor modi pprij. ꝓmo modo dicit proprium qõ inest soli speciei. sed non oi contento sub illa specie: vt esse medicum inest soli homini individuo. Hoc autem est verum de medicina acquisita per artem vel experientiam. Multa eniz animalia vtuntur medicina: vt sumẽdo herbas vel alia sibi vtilia per instinctum nature. secundo modo dicitur proprium quod inest omni: sed non soli. hoc est oi individuo alicuius speciei: vt esse bipedem conuenit omni homini secundum

cōmunem cursuz nature. sed non soli qz etiam inest auibus. Et lz aliqui hoīes nascant solū cū vno pede vel plurib⁹ hoc est ꝑ accidēs ex corruptione defectu: vl ex suꝑabundantia materie. nec est ex intentione particularis nature: lz nō sit preter intentū nature vl'is. Tales. n. defectus nō ꝑmittit deus sine causa: vt. n. ait plato in thimeo. Nihil est sub sole cuius ortum legitima causa ⁊ ratio non ꝑcesserit. tertio mō dicit ꝓpriū qđ inest omni ⁊ soli sz nō semꝑ: vt canescere ꝯuenit homini ⁊ oī ⁊ soli sed nō semꝑ: qz nō nisi i senectute. Est. n. canicies quoddaz accidēs humano attributū capiti: qz homo inter cetera animātia ꝑm ꝓportionē corporis sui magis hz de cerebro. Cū igit cerebrū sit frigidissimū membrū aīalis: in humano capite plus erit de frigiditate q̄ est causa caniciei. Causat. n. ex suꝑabundātia humide frigiditatis. hoc aūt vl'r cōtingit in senectute. qz senes sunt frigidi ⁊ humidi. Et lz aliqui senes non canescant: habent tamē aptitudinem: ⁊ si diu viuerent reducerent ad actum lz. n. canes ⁊ aliqua aīalia aliquādo in pilis albescant. hoc tñ non proprie dicit canicies: sz dealbatio cum accidat in alijs mēbris a capite. Et iō dicenduz est de iuuenibus quibus hoc aliquando accidit qz hoc nō est in eis ex cōmuni cōcursu nature. sed ex aliquo accidente. quarto modo dicit proprium qđ inest omni soli ⁊ semꝑ. vt risibile est ꝓprie ꝓpriū homini nō ꝙ actu semꝑ rideat. sed qz est aptus ad ridendū: lz autē in homine sit aptitudo ad canescendū vel ad sciendum. non tñ talis sicut ad ridenduz. qz nō ita pōt reduci ad actuz. vt pueri in infantia ridēt actu. nō tñ habēt actualem scientiam vel caniciem de cōmuni cursu nature. hoc q̄rto modo ꝓpriuz ē vnū de qnqꝫ ꝑdicabilib⁹. Et diffinit sic. ꝓpriū est qđ soli inest. ⁊ cōuersuz ꝑdicat de re. ⁊ nō indicat qd est eē rei. Inest. n. ꝓpriū soli spēi ⁊ de ipsa ꝯuertibiliter ꝑdicat. vt oīs hō est risibilis. ⁊ oē risibile est hō. ⁊ nō indicat essentiā rei. sicut diffinitio quidditatiua q̄ dat ꝑ genus ⁊ differētiaz que sunt de essentia spēi. ꝓpria āt passio nō est de diffinitione qdditatiua alicuius q̄ indicat rei essentiā. Et iō bñ pōt dici qdditas qz indicat qd est res. Ipsa. n. rei entitas ꝑm Sco. i. q. quolibetorū cōgrue dr̄ essentia q̄ est rō essendi. ꝑm. n. Augustinū 7° de tri. qđ est sapiētie sapere. hoc est eēntie esse. Essentia. n. est illud quo res hz esse. Essentiale autez dicit qđ ꝑ se icluditur i essentia: quēadmodū i cōposito reali mā ⁊ forma dicunt sibi essentialia. ⁊ i cōposito rōnis siue in ipso diffinito gen⁹ ⁊ dr̄ia dicunt ꝑtes essentiales rōnis siue rei diffinite. Et tale essentiale distinguit ꝯ accñs ꝑ se sicut ꝓpriū. ⁊ accidens ꝑ accidens sicut cōmune. ¶ Et notādū ꝙ ꝓpriū hz rōnē cōmunis ⁊ ꝓprij ꝑ cōpositionē ad diuersa. Est. n. ꝓprium ipsi spēi cui inest soli ⁊ cōmune est ipsis indiuiduis respectu quoꝝ hz rōnez ꝑdicabilis. Sunt aūt ꝓpriū ⁊ spēs distincta predicabilia: lz. n. vtrūqꝫ ꝑdicet de idiuiduis. spēs ꝑdicat de ipsis in qd ⁊ essentialiter. ꝓpriū in quale ⁊ accidentaliter.

De accidente.

reale ⁊ relationis. Et ideo relatio rationis non eſt in genere relationis: cuꝫ predicamenta ſint eſſentia realia ex. v. metaphyſice: vbi ens per ſe diuiditur in decem p̃dicamenta. Ad relationẽ autẽ realem tria requiruntur ſm Sco. xxxi. di. p̃. ſen. in ſolutione q̃nis. ⁊. vi. q. quolibetorum primo q̃ extrema ſint realia. ſ. fundamẽtũ ⁊ terminus. ſecundo q̃ ſint realiter diſtincta. tertio q̃ ex natura extremorum ſequatur talis relatio abſq; operatione alicuius potentie comparantis vnum alteri. ℜ Relatio autem rõnis ẽ fabricata per aliquã potentiã cõparantem vnuꝫ ad aliud vt vniuerſalitas ẽ relatio rõnis cauſata per itellectũ cõparantem vnũ ſupius ad multa inferiora: ⁊ ſi illud ſupius imediate cõpareꝫ ad ſingularia dicit ſpẽs que eſt nomen impoſituꝫ ad ſignificandum hmõi reſpectũ rõnis. Si vero illud cõmune nõ imediate comparetur ad ſingularia dicitur genus primũ vel ſubalternum: ⁊ ſic ſemp aſcendẽdo vſq; ad genus generaliſſimuꝫ imo vſq; ad ens qđ eſt primũ vniuerſale cõmuniſſimũ. Et tales relationes rationis ſunt intentiones ſecunde de q̃b⁹ eſt cõſideratio logica. Et generaliꝫ oĩs relatio i qua deeſt aliqua triũ cõdictionum p̃dictaruꝫ eſt relatio rõnis: ꝓpter primã oppoſitio cõtradictoria eſt relatio rõnis: qꝫ vnũ cõtradictoꝝ nihil ponit. ꝓpter ſecũdã relatio eiuſdẽ ad ſe eſt relatio rationis: qꝫ nõ ſunt ibi extrema realiter diſtincta. ꝓpter tertiã relatio dei ad creaturã eſt rõnis qꝫ eſt per intellectũ cõparãtem deũ ad creaturã: ly creature ad deũ ſit relatõ realis. Vbi ſciendũ q̃ qñ eſt relatio realis mutua duoꝝ extremoꝝ adinuicem in quolibet extremo eſt ratiõ fundandi vnam relationem ⁊ terminandi aliã: vt ĩter patrẽ ⁊ filium pater fundat relationem paternitatis ⁊ terminat relationem filiationis. filius vero fundat relationeꝫ filiationis ⁊ terminat relationẽ paternitatis. In ꝓpoſito non ſic ly enim creatura poſſit fundare relationẽ realem ad deũ. non tamen ecõuerſo. Cum. n. deus ſit ita ſimpliex q̃ eſt quicqd habet nõ ꝑt fundare relationem realẽ ad creaturam qꝫ tunc illa relatio eſſet deus. Ex quo vlterius ſequeretur cũ relatio coexigat extremum ad ſui eſſe q̃ deus nõ poſſet eſſe ſine creatura: ⁊ ſic non poſſy eſſe ſummε neceſſarius: qꝫ ſeclusa creatura poſſet non eſſe. De relationibus etiam multa habentur. iij. phyſicoꝝ ⁊. v. metaphyſice. ideo magis ſuccinte ptranſeo. Ibi autem ponuntur tres modi relationũ ſm diuerſa fundamenta relationũ ℘rim⁹ modus ẽ relationũ fundataruꝫ ſup numerũ ⁊ vnum: ſup numeruꝫ vt ſunt ꝓportiones numerales: vt dupluꝫ ⁊ dimidiũ. Sup vnũ autem in ſubſtantia fundaꝫ relatio idẽtitatis. Sup vnũ vero in quantitate relatio equalitatis. Sup vnũ autẽ in qualitate relatio ſimilitudinis. Secundus modus relatinoꝝ eſt relationuꝫ fundataꝝ ſup potẽtiã actiuaꝫ ⁊ paſſiuã: vt paternitas fundaꝫ ſup potentiã actiuã generandi: ⁊ filiatio ſup potentiã paſſiuã. Tertius modus eſt relationũ fundatarũ ſup mẽſurabile ⁊ mẽſurã: vt ſcia referꝫ ad ſcibile. ⁊ itellectio ad intelligibile: qđ ẽ verũ nõ de mẽſura qddi tatiua ſed ſz eẽ ⁊ veritatẽ. Actus. n. itelligẽdi ẽ apt⁹ nat⁹ mẽſurari. i. actualiter de pẽdeꝛ i entitate ⁊ cognoſcibilitate ab obtecto ptcipãdo iſm ſicut ſilitudo illõ cuius eſt. Eſt autẽ ibi relatio realis aptitudinalis ⁊ ĩnõ actualis. Et ſõ notãter dicit mẽſurabilis ad mẽſuraꝫ ⁊ nõ mẽſurati. Qñ. n. obiectũ nõ exiſtit vel ſciẽtia cauſatur a deo tũc ñ mẽſuraꝫ actu a ſcibili: vt declarat Sco. xiij. q. quolibetoꝝ. Et ſi arguiꝫ q̃ obiecto nõ exiſtente nõ bꝫ ſcia de eo: qꝫ vt dicit hic Ariſt. Corrupta re ſcibili corrũpit ſciẽtia que eſt de eo. ℜ reſpõdeo q̃ illa auctoritas philoſophi eſt vera: corrupta re ſcibili cõtũ ad eẽ ẽntie ⁊ eſſe exiſtẽtie. Et ſi arguas q̃ ſi corrumpatur res quantuꝫ ad eſſe exiſtentie: cor-

rumpit quantuz ad esse ẽntie: cũ nõ sit dare esse essentie sine esse existentie. Respõdeo q esse essentie nõ remanet extra itellectũ sine esse existentie. bñ tñ remanet in itellectu ⁊ hoc sufficit. Fz. n. Sco. vij. q. quolibetoruz articolo. ij. Scientia nõ regrit existentiaz sed solas qdditates in aĩa. Est autẽ in ꝑmis duobus modis relatiuoꝝ mutua dependentia. Duplũ enim realiter refert ad dimidiũ: ⁊ econuerso. similiter pater realiter refertur ad filium ⁊ econuerso. Nõ sic in tertio mõ Iz. n. scientia realiter referat ad scibile nõ tñ ecõuerso. Ex quo pz q illa ꝓprietas q relatiua dicuntur ad conuertentiã nõ conuenit nisi relationibus ꝑmi ⁊ secũdi modi loquendo de conuenientia reali. Iz enim scientia realiter referatur ad scibile nõ tñ econuerso. Illa. n. res que est scibilis. vtpote lapis non refertur realiter ad scientiam: Iz etiã scibile inquantuz scibile referatur ad scientiam non tñ relatione reali: sed rationis tñ.

De qualitate.

Qualitas est ꝑm quã quales eẽ dicimur. vt ꝑm albedinẽ dicimur albi. ⁊ ꝑm colorẽ colorati. ⁊ ꝑm iustitiaz iusti.

Hic auc. determinat de ꝑdicamẽto qualitatis: ⁊ describit qualitatẽ dicẽs. q qualitas est ꝑm quã quales esse dicimur: vt ꝑm albedinem dicimur esse albi. Ad cuius euidentiam sciẽdum q qualitas potest sumi dupliciter. vno modo pro forma de genere qualitatis que qualificat subiectũ accidentaliter. Alio modo pro differentia essentiali cuiuslibet generis que ꝑdicatur in quale In diuinis autẽ Iz non sit differentia pro prie tñ in illa que habent rationẽ actus vel quasi forme ꝑnt dici qualitates. Tñ ꝑm Scot. di. xx vi. ꝑ. sen. in solutione ar. Attributa diuina dicunt illa que pficiũt essentiã in esse 2° quasi qualitates: vt caritas: sapiẽtia: veritas bonitas. Non sic ãt se bñt itellectus ⁊ voluntas: sed sunt q̃dã pfectiones itrinsece in essentia ꝑsupposite oi quãtitati ⁊ qualitati. ⁊ sic qualitas nõ est in genere sed sumitur trãscendenter. ¶ Item notãdũ q Iz abstractũ sit prius natura cõcreto sicut causa suo effectu formali tñ cõcretũ est nobis notiꝰ ⁊ iõ qualitas notificatur ꝑ suũ cõcretuz vt ꝑ notius nobis. Quale vero notificat ꝑ abstractuz vt ꝑ prius simpliciter. Nõ tandũ etiaz q hec dictio dicimur in hac descriptione refert ad substãtiã in communi. Qualitas ergo ẽ ꝑm quã nos substãtie dicimur. i. denominamur accidentaliter quales. Et ponitur accidentaliter propter differentias essentiales a quibꝰ essentialiter dicimur quales:

Qualitatis q̃tuoꝝ sunt species. Habia ẽ habitus ⁊ dispositio. Differt autez habitus a dispositione qz habitus permanentioꝝ est ⁊ diuturnioꝝ vt sunt virtutes ⁊ scie. Sciẽtia. n. difficillime est mobilis nisi forte grandis ꝑmutatio fiat: vel ab egritudie vel ab aliquo huiusmodi circa scientem. Similiter de virtute. Justitia enim vel castitas non cito de facili permutantur. Dispositiones vero dicuntur que de facili ꝑmutantur. vt calor frigiditas egritudo sanitas. Unde habitus possunt dici dispositiones ⁊ non econuerso. Illi enim q habitum habẽt quodãmodo

sunt dispositi vel meli⁹ vel pe
ius ad ea que habēt. dispositi
ones autē non sunt habitus.
Unde habit⁹ potest sic diffini
ri. Habit⁹ est q̄litas difficilli-
me mobilis. Scd̄a spēs q̄lita-
tis est naturalis potentia vel
īpotētia aliquid facile faciēdi
vel patiendi: vt sanatiu⁹ dicit̄
qui hz naturalez potētiā vt ni
hil ab aliquibus accidētibus
egritudinē inferentibus patia
tur ⁊ egrotatiuus dicitur qui
hz naturalē impotentiā aliqd
patiendi. durū autē dicitur ha
bere naturalē potētiā resistēdi
sectioni. ⁊ molle naturalē im-
potentiā qꝛ cito secatur. Cur-
sores ⁊ pugillatores dicūtur
similiter de ista specie: nō quia
exerceant actus suos: sed qꝛ
habēt naturalē potentiā hoc
faciendi. Tertia spēs qualita-
tis est passio ⁊ passibilis quali
tas vt ille qualitates que effi-
ciunt in sensibus passiones. vt
in gusto dulcedo amaritudo
⁊ silia. ⁊ ēt ille q̄litates sunt in
hac specie que ab aliquibus
passionibus generātur vel fa-
cile vel difficile mobilib⁹ ⁊ p-
manentibus. siue. n. nigredo
ab aliqua passione naturali ge
neret̄ siue ab egritudīe vel ab
estu. qualitas passibilis dicit̄.
Quarta vero species qualita-
tis est forma ⁊ circa hoc aliqd
constans figura vt dispositio
corporis. vt triangulatio qua
drangulatio rotūditas curui-
tas rectitudo.

¶ Qualitatis quatuor sunt species. Hic
ponit auc. quatuor spēs. quarū p̄ma est
habitus ⁊ dispositio. Est aūt dispositio
qualitas de facili mobilis. habitus vero
de difficili mobilis. Unde habitus ⁊ di-
spositio tm̄ differūt s̄m pfectū ⁊ imper
fectum. Et ideo faciunt primā spēz qua
litatis. Perfectū. n. ⁊ imperfectū vt vir
⁊ mulier nō variant spēm s̄m Ari. in lib.
de animalibus. Unde eadē qualitas vt
virtus vel scientia dum est in fieri ⁊ l eē
imperfecto dicit̄ dispositio: duz vero hz
esse perfectū ꝑmanens ⁊ radicatū in sub
iecto dr̄ habitus. Et dicit auctor ꝙ om-
nis habitus potest dici dispositio: lz non
econuerso: quod est verū nō quidem su
mendo dispositionē stricte pro qualitate
de facili mobili: sz large pro oī q̄litate di
sponēte sb̄m suū ad operationē: siue pfe
cte: siue īperfecte. Et oēs tales q̄litates
ponunt̄ ī hac specie: siue sint corporales
vt calor frigiditas egritudo sanitas: siue
spūales vt actus intellectus. Un⁹ enim
actus ad aliū actuz inclinat: ⁊ ex ipsis ge-
nerātur hitus. Itē spēs ītelligibiles ha-
bitus ītellectuales: vt intellectus sapiētia
⁊ morales vt iustitia ⁊ castitas ⁊ hmōi.
⁊ virtutes īfuse: vt fides spes caritas po
nunt̄ ī hac spē. Notādū tm̄ ꝙ habit⁹ po
test tripliciter sumi. Uno mō pro quacū
ꝙ forma habente p̄uationē sibi opposi-
tā. Alio mō pro inherentia corporis ad
ea que sunt circa corpus. Et sic est p̄dica
mētū distinctū ab alijs. Tertio mō pro
qualitate disponēte suū subiectū ad ope
rationē: ⁊ sic sumit̄ in ꝓposito. ¶ Cōtra

tñ p̄dcā arguit̄ sic. Nullū ens rationis ē de genere qualitatis: cū qualitas sit ens reale: sed scīa ē ens ratiōis: ergo non ē de genere qualitatis. Respōdeo ꝙ ens rationis pōt sumi tripliciter ꝑm Sco. i. di. iiij. sen. q. ij. articulo prīo. vno mō pro illo qđ hz esse i aīa subiectiue: vt spēs actꝰ ⁊ habitꝰ. alio modo obiectiue: sicut vniuersalia sunt in aīa ꝑ spēs a rebus causatas vel adeo ipressas. tercio mō pro cōparatione qua itellectus cōparat vnum obiectū cognitū ad aliud obiectū cognitū. Cū ergo dicit̄ ꝙ nullū ens in aīa est đ genere qualitatis: verū est de ente in aīa tertio mō dicto. Tale. n. ens est relatio rationis cuiusmodi sunt secūde itentiōes nec hñt aliquod eē reale: sed hñt tm̄ esse obiectiue i intellectu. ¶ Secūda species qualitatis ē naturalis potētia vel ipotentia aliqd facile faciēdi vel patiēdi: vt sanitatiuus dicit̄ aliqs: q: hz naturalē potentiā ad faciliter resistendū suis cōtrarijs ⁊ nociuis. egrotatiuꝰ vero eo ꝙ hz naturalē ipotentiā ad hmōi: sic durum hz naturalem potentiā: vt non cito secet̄. Molle vero hz naturalē potentiā ad huiusmodi. Cursores quoqz ⁊ pugillatores dicūtur non qui actus illos exercent: sed qui habent naturalē potentiā ad faciliter huiusmodi actus exercendos. ¶ Circa qđ notandū ꝙ ꝑ naturalē potentiā vl̄ impotentiā circūloquit̄ Ari. quādā spēm subalternā qualitatis cōprehendentē oēs facilitates vl̄ difficultates naturales ad agēdum vel patiendū. ¶ Item notandū ꝙ potentia pōt capi tripliciter. vno mō pro respectu potentie ad operationē. ⁊ sic ꝑtinet ad genus relatiōis: vel ꝑ fundamēto talis respectus. qđ est absolutū ⁊ prīcipiū operatiōis: sicut itellectus ⁊ voluntas sunt prīcipia ꝓductiua itellectionis ⁊ volitiōis: vel ꝑ facilitate ⁊ agilitate vtendi hmōi potentia. Hoc. iij. mō sumit̄ naturalis potētia i ꝓposito ꝑz Sco. xvi. di. ij. sen. i solutōe ar. vt pz ꝑ exēplū đ cursore ⁊ pugillatore. nō āt secundo mō. Intellectus ⁊ voluntas cum sint ꝑfectiōes intrinsece ipsius aīe. ⁊ ꝑm Aug. v. đ tri. sunt vna mens vna essentia vna vita non sunt accidentia ipsiꝰ aīe sed ponunt̄ in eodē genere cū ipsa. Hoc idē ponit sanctꝰ Bonauentura. lz aūt hmōi potentie sint idē realiter cū aīa distinguunt̄ tñ formaliter de quo alias magis videbit̄. ¶ Itē notandū ꝙ prīa ⁊ secunda spēs qualitatis differunt: q: facilitates naturales ponunt̄ i secunda spē. Dispositiones vero ⁊ habitus acqsiti in prima: vt facilitas naturalis ad pugnandū ponit̄ i secūda specie. Acqsita vero ꝑ artē ⁊ exercitiū ponūtur in prīa. Sic egrotatius ꝓut dicit difficultatē naturalē ad resistendū cōtrarijs ⁊ egritudinē causantibꝰ ponit̄ in secūda specie. Ipsa vero egritudo acqsita ponit̄ in prīa: que si sit de facili curabilis dicitur dispositio: si vero sit icurabilis dicit̄ habitꝰ. Itē naturale pōt capi dupliciter. vno mō q: ortum hz a natura: ⁊ sic ꝑtinet ad hāc spēm. alio mō q: inest alicui a principio cōditionis nature: nō tñ naturaliter: sed gratuite seu ꝑ donū naturalibus suꝑ additū: sicut angelis a prīcipio creationis fuerūt ipresse spēs seu similitudies oīuz naturarum: ⁊ virgini purissime in instanti creatiōis aīe eius fuit collata gratia equalens iusticie originali: per quam fuit a peccato originali p̄seruata. ⁊ tale naturale non spectat ad secundam spēm qualitatis: sed ad primā. ¶ Tertia spēs qualitatis ē passio ⁊ passibilis q̄litas. Unde i hac specie ponunt̄ oēs q̄litates sensibiles que sunt obiecta sensuū q̄ dñr passibiles q̄litates: q: sunt nate iferre passionē sensibꝰ: vt sonus: color: lux: caliditas: frigiditas: ⁊ hmōi. Et oēs qualitates q̄ ab huiusmodi generant̄ vt sunt spēs obiectorū recepte i potentijs organicis ⁊ passiōes appetitus sensitiui. vt delectatio: tristicia ira. Tales āt qualitates lz sint ꝑfectiones potētiarū organicarum: dicunt̄ tñ passiones eo ꝙ recipiunt̄ i ipsis organis. Recipere. n. large dicit̄ pati: sic lumē qđ est

species lucis ponit i hac spē a Sco xiij. di.ij.sen.i solutiōe questionis. Differūt ēt passio ⁊ passibilis qualitas. passibilis q̄litas dicit tales qualitates subesse perfecto ꝑmanenti i subiecto: vt rubedo q̄ ꝓuenit i aliquo a natura. sed passio dicit illas q̄litates ſm esse iperfectū ⁊ nō permanēs: vt rubedo q̄ ꝓuenit i vultu hominis ex verecundia: cui⁹ cā ē q: facies est subiectum verecundie. Et iō sanguis qui ē amicus nature vadit ad corroborādum mēbruz lesum quātuz pōt. Sic hō efficit pallidus ꝑꝑ timorē q: iter cetera mēbra cor magis timet: ⁊ iō ad ipsuz cōfortandū sanguis exit de facie: ⁊ sic remanet pallida. Circa p̄dicta pōt dubitari de caliditate que ponit a philosopho i pria ⁊ tertia specie qualitatis. Ad qd pōt dici qd hec spēs distinguit a pria: q: forma ꝑ cōparationē ad actuz quē pōt efficere dicit dispositio quo ad primā spēm. ⁊ sic caliditas ponit i pria specie ꝑ cōparationē ad calefacere. forma vero ꝓducta ab agente inquantū recipit i passo dicit passio. ⁊ sic caliditas ponit i tertia specie: vl inquātum nata est iferre passionē sensui. De operationib⁹ ēt imanentib⁹ cuiusmodi sunt itellectio ⁊ volitio que sunt vere qualitates: ⁊ videt ꝙ sint i predicamento actiōis: dicit Sco.xiij.q.quolibetoruz ꝙ videt rōnabilius ipsas poner i prima specie qualitatis i qua ponunt oēs qualitates spirituales: siue sint i fieri vt operatio: siue in esse ꝑfecto ⁊ ꝑmanenti vt habitus: sed si sit i esse iperfecto dicit dispositio. In tertia āt specie solum exemplificat Ari. de qualitatib⁹ corporalib⁹. Dicit tñ ꝙ forte hmōi operationes possent poni i hac specie: cum sint quedā passiones. Et tunc oporteret dicere ad Ari. ꝙ solū ponit exempla de qualitatibus sensibilib⁹ tanq̄ de magis notis. per has ēt intelligens spirituales. De hac materia dicit Ochā ꝙ non ē itentiōis philosophi ponere ꝙ iste species a se mutuo vniuersaliter remoueantur: sed ꝙ de se mutuo saltim particulariter predicentur. Et ex hoc monetur ꝙ Aristo. ponit caliditatē in prima ⁊ tertia specie qualitatis.

¶ Quarta species qualitatis est forma vel circa aliquid constans figura. Circa quod sciendum ꝙ lz forma posset sumi pro forma substantiali vel accidentali: vt alibi dictum est: tamen in proposito forma ⁊ figura sumuntur pro eodem videlicet pro dispositione vel terminatione quantitatis. Unde in aliqua re figurata possumus considerare tria: videlicet ipsam rem ex qua constat: vtpote lignum. Et quo ad hoc pertinet ad genus substantie. Secundo possumus considerare quantitatem eius terminatam linealiter ⁊ superficialiter. Et sic pertinet ad genus quantitatis. Tertio considerare possumus terminationem vel dispositionez qualitatis que potest dici forma vel figura eius: ⁊ de hac in proposito. figure igitur vel forme sic accepte reponuntur in hac specie: vt rectitudo curuitas triangulatio quadrangulatio.



Qualia vero dicunt q̄ ſm hec denominatiue dicuntur vel qūolibet aliter ab his: vt a grāmatica grāmaticus a iusticia iustus. Vel quecūqz dicuntur ab aliqua qualitate nō denominatiue eo ꝙ nomē nō est impositum ipsi qualitati vt cursor ⁊ pugillator. Et nota ꝙ cursor ⁊ pugillator dicuntur dupliciter. Uno modo dicuntur cursor ⁊ pugillator ab arte currendi et pugillandi: ⁊ sic sunt in prima specie qualitatis: quia iste artes sunt habit⁹.

50

Alio modo dr̃ cursor nō q̄ habeat artem currendi: sed quia hz naturalem potētiā ad actū currēdi: z pugillator nō q̄ habeat artem pugillandi sed q̄ hz naturalē potētiam ad actū pugnandi. Et isto modo dicū tur qualia ab istis naturalib⁹ potētiis sed nō denoiatiue eo q̄ noia non sunt ipsita istis naturalibus potētiis a q̄bus dicuntur qualia. Et sic cursor z pugillator sunt i secunda spē qualitatis. Alia autez dicūtur qualia non denoiatiue q̄ñ nomen est ipositum qualitati ꝑm quam dr̃ quale sed eaz nō participat ꝑm illud nomen: vt studiosus a virtute. z sic sūt tres modi sumēdi q̄le a qualitate.

Hic notificat auctor cōcretuz q̄litatis dicēs q̄ illa dr̃ qualia q̄ ꝑm q̄litates denominatiue dr̃: vt grāmaticus dicitur denominatiue a grāmatica. Quedā ēt dicūtur qualia ab aliqua qualitate: sed nō denoiatiue: q.ſ. non est ibi denominatio vocalis. Et hoc dupliciter. Uno mō q: nomē non ē ipositū illi q̄litati: vt cursor dicit ab arte currēdi: vel a naturali potentia cui tñ nō ē nomē impositū. Et ió hz fit ibi denoiatio realis: nō tñ vocalis. Alio mō q: hz fit nomē iposituz illi qualitati: tñ ꝓcretū nō participat illud nomen: vt studiosus dicit a virtute. vbi tñ non est participatio in voce cum non conueniant in principio vocis: z sumitur studiosus ꝓ virtuoso.

Est āt contrarietas i qualitate: vt albedo contrariat nigredini. iusticia iusticie hoc āt nō est proprium q̄litati q: nō cōuenit oi qualitati. figurā.n. non habet aliquod contrariū neqz aliqs medius color vt rubedo albedo. Et sciendū q̄ si vnum contrariorum fuerit q̄le: reliquum erit quale: vt iusticia est q̄litas ergo iniusticia iustum est q̄le ergo iniustū. Itez q̄litas suscipit magis z min⁹. Dicitur.n. iustus magis z minus iustus z alb⁹ z grammaticus. sed hoc non est proprium q̄litati. q: q̄dratū ñ suscipit magis neqz minus neqz circulus neqz quadrangulatio neqz circulatio. Iteꝝ proprium est q̄litati ꝑm eam simile vel dissimile dici. vt alb⁹ albo similis dr̃ z iustus iusto. albus autem nigro dissimilis dicitur.

¶ Consequēter ponit auc. proprietates seu cōitates qualitatis: quarū ꝓia est q̄ contrarietas ineſt qualitati: vt albedo cōtrariatur nigredini: z iusticia iniusticie. Hoc ꝓz per diffinitionē contrariorū. Cōtraria.n. sunt forme positiue sub eodē genere maxie distantes. que vicissim ipsum iter se mutuo expellende. ¶ Plures antē qualitates sunt bōi. ergo cōtrarietas ieſt qualitati. Sed contra hoc arguitur q: albedo z nigredo non sunt forme maxie distantes: ergo non contrariant. consequentia est nota: probat antecedens: q: plus distant superficies z albedo q̄ sunt diuersorum generum q̄ albedo z nigre

do que sunt eiusdez generis. ¶ Ad hoc respondeo dupliciter. p̄mo ꝙ maxima distantia contrariorū intelligit̄ de distantia eorū que sunt eiusdē generis. In genere autē coloris maxime distāt albedo ⁊ nigredo: cum sint duo vltima inter q̄ continent̄ omnes medij colores. ¶ Secondo respondeo ꝙ aliqua magis distare pōt intelligi dupliciter: vel q: min⁹ cōueniunt in aliquo cōi: vel q: magis repugnāt. Primo modo magis distant sup̄ficies ⁊ albedo q: nō cōuenīūt in aliquo gener̄. Albedo vero ⁊ nigredo sunt eiusdē generis. Scdo mō magis distinguūtur albedo ⁊ nigredo: q: est repugnātia eorū ad esse simul. Nō sic de sup̄ficie ⁊ albedine q: simul esse possunt. Hec aūt est distantia cōtrariorum q: mutuo se expellunt. Hoc autē non est propriuz qualitati: q: non cōuenit omni qualitati cuius modi sunt figure circulatio triāgulatio. nec etiā conuenit coloribus medijs: licet enim medium per cōparationem ad extremū habeat rōnem alterius extremi vt rubrū cōparatū albo hz rōnem nigri tñ non est ibi cōtrarietas stricte sumpta: sed tm̄ large cū inter illa non sit maxima distātia. ¶ Scda ꝓprietas qualitatis est ꝙ si vnū cōtrariorū sit quale reliquum erit quale: vt si iustum sit quale iniustuz erit quale. ꝓbat̄ q: cōtraria sunt que ponunt̄ sub eodē genere. Si ergo vnuz sit in genere qualitatis ⁊ reliquum. ¶ Tertia ꝓprietas est ꝙ qualitas suscipit magis ⁊ minus: pz q: suscipere magis ⁊ min⁹ est i sua essentia itēdi ⁊ remitti ꝑfecti⁹ vl̄ iperfectius participādo naturā sue spēi. plures aūt qualitates sunt hmōi: vt calor ⁊ frigus aliquādo intēdunt̄ ⁊ aliqñ remittunt̄: lz. n. gradus ꝑm quos forme intendunt̄ nō sint de essentia spēi: q: sicut species abstrahit a differentia indiuiduali sic ab hmōi gradibus tamen faciunt vnum per se cum natura specifica ita ꝙ indiuiduum cōstitutum ex forma specifica ⁊ proprietate indiuiduali continet vnitiue istos gradus. Hoc autē non conuenit oī qualitati. Circulatio. n. ⁊ quadrāgulatio nō suscipiunt magis ⁊ min⁹. ¶ Et notandū ꝙ qualitates ꝑm se suscipiunt magis ⁊ minus: nō per cōparationē ad subiectū: seu ꝓpter maiorē radicationē in subiecto: vt quidā false opinant̄: vt patet. viij. metaphysice. ⁊. xvij. di. p̄. sen. Sco. ⁊ iō succinte ꝑtrāseo. ¶ Quarta ꝓprietas est ꝙ ꝓpriū est qualitati ꝑm eū simile vel dissimile dici. Sicut. n. quātitas nata est fundare relationez equalitatis: sic qualitas relationē similitudinis vl̄ dissimilitudinis. Sed cōtra hoc arguit̄ q: in diuinis est similitudo: cū persone diuine sint similes in sapiētia: ⁊ tamen non est ibi qualitas cū deus nō sit in genere. Respōdeo sicut dictum est ꝙ quedam est qualitas de genere qualitatis ⁊ q̄daz transcēdens. sic quedā est similitudo de genere relationis: ⁊ illa fundat̄ in qualitate generica. alia est similitudo transcendens: ⁊ illa fundat̄ in qualitate transcendenti. Illa autē dicunt̄ similia que habēt eandē qualitatē vel in numero sicut in diuinis: vel in specie sicut in creaturis. Unde in diuinis est maxima similitudo eq̄litatis ⁊ idētitatis: cū persone diuine habeant eandem sapientiam potētiā ⁊ essentiam in numero nō sic in creaturis.

De actione.

Actio ē ꝑz quā ī id qd̄ subiicitur agere dicimur. vt secans aliqs dr̄ ager̄ ī eo qd̄ secat vnde sectio est actio. ⁊ scdm sectionē agit secās ī eo quod secat. Et ꝑcussio ē actio. Proprium actōis ē ex se īferre passionē. Recipiūt āt agere ⁊ pati ꝯrietatē. Calefacere. n. ē ꝯriū ei quod ē frigidū facere. ⁊ dele-

ctari est contrariũ ei qđ est tristari. Recipiũt ager̃ ⁊ pati magis ⁊ minus. calefacere.n. magis ⁊ minus dicitur. ⁊ calefieri dicitur magis vel minus. Et similiter delectari ⁊ tristari.

b Ic auctor determinat de p̃dicamento actiõis. Pro cuius declaratiõe ꝑm mentez doctoris subtilis.xiij.di.iiij. sen.q.i.⁊.xiij.q.quolibetoꝝ sunt aliq̃ notãda. Et prĩo ꝙ actio dicit respectũ agẽtis ad passũ trãsmutatũ. Sciẽdũ.n. ꝙ respect⁹ ĩ genere ẽ duplex. vn⁹ ĩtrisecus adueniẽs. ⁊ ali⁹ extrisec⁹. Uoco ãt respectũ ĩtrinsecus aduenientẽ: q seqt̃ necessario ambo extrema posita in actu. vel qđ idẽ est qñ necessario seqtur suum fundamentũ posito termino. Et talis respectus est tm̃ de genere relatiõis. Uoco ãt respectũ extrinsecus aduenientẽ quãdo non necessario seqtur posita extrema simul ĩ actu. Et sub isto mẽbro cadũt ista sex vltima p̃dicamẽta: de qbus Ari. parũ locutus ẽ. De his.n. multa cõsiderat philosophus naturalis. ⁊ de his tractat auc. sex principiorũ. pz.n. de actiõe ⁊ passione ꝙ possibile est eẽ actiuũ ⁊ passiuuz ⁊ ẽt aproximata: ⁊ tñ non habere istum respectũ. s. ꝙ agẽs sit id a quo passiuum trasmittet̃: nec passum id qđ ab ipso trãsmutet̃. puta si sit aliqđ ĩpediẽs actionez. Et pro tãto ista sex p̃ĩcipia nõ sunt spẽs relatiõis: qꝛ relatio dicit respectũ intrinsecus aduenientẽ: ista ãt nõ. Itẽ sciendũ ꝙ agẽs creatũ hz quẽdã respectũ ad passũ q est extrinsecus aduenien̄s ⁊ de genere actionis: vt dictũ est. Et hz aliũ respectũ ad ꝓductũ: vt pater ad filiũ: ⁊ iste ẽ ĩtrinsecus aduenies ⁊ de genere relationis: ⁊ pertinet ad secũdũ modũ relatiuoꝝ. Itẽ duplex ẽ actio. s. ĩmanens vt visio: intellectio: ⁊ transiens: vt calefactio ꝑm quod põit philosophus. viiij. metaphysice. qđ sic põt declarari. Operatio.n. siue actio ĩmanens duas hz cõditiões: in qbus cõuenit cũ actiõe trãseunte. Prima est ꝙ semp est in fieri: nõ dico in fieri successiue. qꝛ operatio est indiuisibilis: sed sic in fieri: qꝛ est in cõtinua depẽdentia ad causam eãdem ⁊ ꝑm idẽ: sicut dependentia rei create ad causam ꝯseruãtẽ. s. deũ. Secũda cõditio ẽ ꝙ opatio q̃si trãsit in obiectũ sicut in terminũ: lz nõ accipientẽ eẽ ꝑ ipsaz: sed p̃supponit ĩ suo eẽ. Et pp istas duas cõditiones põt opatio dici actio. ⁊ ꝑ istas significat̃ grãmatice per verbum actiuũ. actio ãt trãsiẽs vltra istas duas cõditiones addit tertiã. s. qꝛ ẽ ꝓductiua alicui⁹ termini: vt accipiẽtis eẽ ꝑ eã: vt calefactio ẽ ꝓductiua caloris ĩ ligno vltra passionẽ quã ĩfert. s. calefieri. Ista aũt distinctio actiõis sic ĩtellecta nõ ẽ generis ĩ species sed vocis ĩ significatiões. Naz actio trãsiens est vere actio de genere actiõis. Actio vero ĩmanens ẽ vere qualitas: vt ĩtellectio visio. Sed equoce dicit̃ actio ꝓpter cõditiones p̃dictas in quib⁹ cõuenit cũ actione de genere actionis. Notandũ insup ꝙ aliter calidũ calore calefacit: ⁊ aliter calefacit calefactiõe. Calidũ.n. calore calefacit ĩ ratiõe principij formalis remoti qđ est ratio agendi. Calefacit ãt calefactione in ratione forme ꝓxime denominãtis: sicut simile formaliter dicit̃ simile similitudine ⁊ fundamentaliter dicitur simile albedine. In diffinitiõe ergo actionis qñ dicit̃ ꝙ actio est ꝑm quã ⁊c. ly ꝑz dicit habitudinẽ forme ꝓxime denominãtis. Respectus.n. quẽ importat actio nõ est rõ agendi: sed ẽ dispositio media ĩter agens ⁊ effectũ ꝓductũ. Actio ergo est ꝑm quã vt formã proximo denominantẽ: dicimur agere id qđ subicit̃. s. passum. ¶ Deinde ponit auc. proprietates actiõis di. ꝙ ꝓpriũ actiõis est ex se inferre passionẽ. Hoc ãt ẽ proprie ꝓpriũ actioni. lz.n. qualitas que ẽ rõ agendi inferat passionem. hoc tñ nõ est ĩmediate: sz mediante actione. Ulterius ponit auc. aliq̃s

cōitates actionis ⁊ passionis. pria est ꝙ i ter actiōes ē contrarietas. vt calefacere ⁊ frigefacere cōtrariant. ⁊ hoc ē rōne qualitatū cōtrariarū: q̄ sunt rōnes agendi vt calor ⁊ frigus. Silr inter passiones est cōtrarietas vt calefieri ⁊ frigefieri contrariant. Secunda ꝓprietas cōis est: videlicet ꝙ recipiūt magis ⁊ minus. Calefacere. n. qđ ē agere magis ⁊ min⁹ dr̄ silr ⁊ calefieri qđ ē pati. hoc ēt ipsis cōpetit rōne q̄litatū suscipiētiū magis ⁊ minus.

De passione.

Passio est effects illatioq3 actionis vt calefieri infertur ex calefacer̄ et efficitur Propriū āt passionis est prio inferri ex actione. Item passio non est in agente sed in patiente: De reliquis vero que pri⁹ dicta sunt modo sufficiāt. Que sequūtur de aliis quatuor predicamentis nō sunt data a petro hyspano.

Post p̄dicamētū actionis tractat auc. de p̄dicamento passionis describēdo seu notificādo qd est passio di. ꝙ passio est effectus illatioq3 actionis. s. effect⁹ q̄ infert̄ ab actione: sicut calefieri ifert̄ ex calefacere. Ubi notādu3 ꝙ sicut actio formaliter dicit ꝙ respectū agentis ad passuu3. sic passio dicit formaliter respectū patientis ad agēs seu transmutati ad trāsmutās. passio ergo est illa relatio passi ad agēs q̄ infertur ab actiōe. Ponit auc. alias duas ꝓprietates passiōis: quaru3 pria est ꝙ propriū passiōis est iferri ex actiōe imediate. s. ex hoc p3 ꝙ auc. prius notificat qd ē passio ꝑ eius proprietatē. Sepe. n. ꝑ proprietatez circūloqmur differentias nobis ignotas. ¶ Secunda ꝓprietas est ꝙ passio nō est i agente sed i patiente. Pro quo notandum ꝙ actio pōt sumi dupliciter. vno mō pro respectu agētis ad passum. alio mo pōt sumi actio pro forma acta q̄ dum est i fieri est motus. ꝑm. n. cōmētatorez motus est forma fluēs. Hec aūt forma iquantu3 est ab agente dicit̄ actō ⁊ iquantu3 recipit̄ i passo dicit̄ passio. Unde dicit Ari. ii. physicorū: ꝙ motus est actus actiui ⁊ passiui. sed passiui vt i ipso. actiui āt vt ab ipso. Actio igit̄ sūpta ꝑ respectu agentis ad passum ē in agente subiectiue ⁊ nō in passo. probat̄ q3 in eodem est respectus ⁊ fundamentum. Ratio. n. fundamenti videt̄ hoc ostēdere. nec oppositū est itelligibile. sed potentia actiua q̄ est fundamentū huius respect⁹ ⁊ actiōis est i agente. ergo talis actio est i agente subiectiue. Ipsa ergo actio q̄ est respectus extrisecus adueniens est in agente sicut i subiecto. In forma āt q̄ dr̄ potentia est vt i fundamento ꝓxio. similiter passio dicit respectu3 oppositum correspōdentē isti q̄ suo mō silr est i passo ⁊ potētia passiua. Actio vero accepta ꝑ forma acta seu ꝓducta ꝑ actionem de genere actiōis est i passo vt in subiecto. Hoc p3 per philosophum. viiij. metaphysice dicentem. Edificatio est in edificato. accipitur ibi edificatio pro forma acta ꝑ edificationem. probatur etiam quia talis forma acta dum est in fluxu est mot⁹ vt dictum est. Motus autem est in mobili subiectiue ex. iij. physicorū. Ex predictis p3 ꝙ licet actio ⁊ passio sint idez motus materialiter: cū tn̄ formaliter distinguant̄. nec dicāt motu3 ꝑm se. sed per relationē ad agens ⁊ passum sunt diuersa p̄dicamenta. Motus vero cū formaliter sit forma in fluxu est in eodē genere cu3 forma que per motu3 iducit̄. ¶ Si q̄rat̄ i quo hēat eē subiectiue creatō actō ⁊ creatio passio. Rn̄deo ꝑ3 Sco. xiij. di. iiij. sen. q. i. ⁊ xij. q. quolibetorū. ꝙ nō est

ꝓprie creatio actio: nec creatio passio cũ actio ⁊ passio nõ sint nisi respectu alicui⁹ passi. Creatio ãt nõ ꝑsupponit aliqđ passum. vñ creatio passio dicit relationẽ dependentie creature ad deũ que est idem cũ creatura. ⁊ sic est subiectiue in ipsa: cũ non possit esse sine tali dependentia. Est ãt idẽ respectus a parte rei ad deũ creantẽ ⁊ cõseruantẽ: sed creari ĩportat hmõi respectũ cum respectu rationis ad nõ eẽ ꝑcedens. Conseruari vero cuꝫ respectu rationis ad esse precedens. Et sic creatura non creatur nisi in primo instãti: nec conseruat̃ proprie nisi post primũ instãs quia vero creatio passio est relatio realis creature ad deũ: iõ creatio actio est relatio rationis dei ad creaturã correspõdẽs. Unde creatio actio formalit̃ dicit respectum hmõi includendo ⁊ cõnotando volitionẽ diuinã transeuntẽ sup̱ obiectum ꝓductũ. Ille ãt respectus hꝫ solũ esse obiectiue in ĩtellectu cõparante deũ ad creaturã. Uolutio ãt diuina cõnotata est ipse deus. Obiectũ vero sup̱ qđ transit ẽ ipsa creatura ꝓducta. ¶ Dubitari vlterius posset de actuali inherentia accidentis absoluti ad subiectũ in quo ponat̃ genere. Nõ. n. ponit̃ in genere relatiõis cum sit respectus extrinsecus adueniens. Unde potest esse tale accidens absqꝫ inherẽtia actuali. vt pꝫ in sacramento altaris. Ad hoc respõdet Sco. xij. di. iiij. sen. q. i. ĩ solutiõe qõnis. ꝙ talis respectus põt pertinere ad genus actionis: posito ꝙ actio dicat nõ tm̃ respectũ agentis ad passum sꝫ forme ĩformãtis ad illud qđ ĩformatur. Uel põt pertinere ad genus passionis si passio dicat nõ tm̃ respectũ passi ad agẽs sed ad formã. ¶ Circa ꝙ notandũ ꝙ lꝫ oĩs forma recepta siue ĩ potẽtia cognitiua: siue in potentia appetitiua possit dici passio: siue fiat cũ trãsmutatione corporal: vt delectatio fit cũ cordis dilatatiõe. dolor vero vel tristitia cũ restrictione: siue fiat absqꝫ hmõi transmutatione. vt conceptus aĩe dicunt̃ passiões. Unde in libro prĩo ꝑyhermẽias dicit̃ ꝙ voces sunt earum q̃ sunt in aĩa passionum note. i. signa cõceptuũ siue reruꝫ conceptaruꝫ tamen hmõi forme in passo recepte nõ spectãt ad genus passionis. sed bñ ipsa receptio hmõi formarum. De ceteris ãt predicamentis. s. qñ vbi situs ⁊ habit⁹ nõ facit auc. mentionẽ nisi in generali: ⁊ iõ đ his breuit̃ me expediã. Et prĩo đ ꝑdicamẽto qñ: qđ sic diffinit̃ ab auctor̃ sex pricipioꝝ

D predicamento Quando.

Quãdo ẽ qđ ex adiacentia tp̱is ĩ re tp̱ali derelinquitur: vt hodie eẽ cras fore. Itẽ duplex est qñ. s. simplex ⁊ compositũ sicut duplex ẽ tp̱s. Itez tres sunt proprietates quãdo Prĩa est ꝙ qñ nõ suscipit magis neqꝫ minus. Secũda est ꝙ quando nihil est contrarium. Tertia est ꝙ qñ est ĩ omni illo quod incipit esse in tempore.

Ad euidentiã huius sciendũ ꝙ qñ in proposito tm̃ valet sicut esse aliqñ vel in aliquo tp̱e: vt esse hodie eri cras: esse ĩ tp̱e presenti ꝑterito ⁊ futuro. Est igit̃ qñ respectus causat⁹ in re tp̱ali ex adiacentia tp̱is ad ipsaꝫ. Ex quo pꝫ ꝙ qñ est respectus extrinsecus adueniens: qꝛ nõ necessario sequitur extrema posita in esse. põt. n. esse tp̱s ⁊ res tp̱alis absqꝫ hmõi adiacẽtia: ⁊ sic absqꝫ qñ: vt puta si ponat̃ res tp̱alis extra celũ. Tẽpus. n. hic sumit̃ ꝓ tp̱e quod est mensura motus celi. Et iõ illo tp̱e ꝓprie mensurant̃ tp̱alia que habent mutabilitatem a motu celi. Unde dicit doc. subtilis. xlix. di. iiij. sen. q. xij. in solutione ar. ꝙ motus corporis gloriosi non mensurabitur tem

pore nostro: quia non erit subiectum variatiōi: tūc corpus nostrū nec aggrauās.

De predicamento Vbi.

Vbi ē circūscriptō corporis locati a loci circūscriptōe procedēs vt ī ecclesia esse in foro esse. Et diuidit vbi qz quoddā est vbi simplex. ⁊ ē illud qđ a simplici loco ꝓcedit vt est locus punctorū. Et quoddam ē vbi cōpositū: ⁊ est illud quod a loco cōposito ꝓcedit. ꝓprietates vbi sunt due. Prima est ꝙ vbi nihil est contrarium. Secunda est ꝙ vbi nō suscipit magis neqz minus hoc est ꝙ vbi non recipit intensionem ⁊ remissionem.

Vbi vero est respectus corporis a loci circūscriptiōe ꝓcedens. Circa qđ sciendum ꝙ vbi ī ꝓposito ē esse alicubi localiter: vt eē ī ciuitate: ī ecclesia: in domo: in camera. vnde vbi dicit respectum corporis circūscripti seu locati ad locum circumscribentez. Ipsa autem circumscriptio actiua que fundatur in loco circumscribente lz significetur per modum actionis: non tñ est actio sed relatio ꝑtinens ad hoc genus. ꝟm Sco. di. i. ij. sen. q. v. Quod ex hoc pz quia superficies corporis continētis cum sit quātitas que consequitur materiam non est forma actiua. Quod autem vbi sit respectus extrinsecus aduenientis patet cū corpus ⁊ locus possint esse etiam approximata absqz circūscriptiōe locati seu coextensione: vt patet de corpore xp̄i in sacramento altaris quod est presens speciebꝰ panis ⁊ vini non tamen localiter cum si in qualibet parte totum: ⁊ sic non coextēditur ipsis speciebus. Posset etiam deus facere corpus ⁊ locum absqz vbi etiam large sumpto quod est esse tantum in loco presentialiter: vtputa formando aliquod corpus extra vniuersum: ⁊ anihilando omnia que sunt in superficie concaua celi. vt declarat Sco. xi. q. quolibetorum ar. ij. Tunc enim essent corpus ⁊ locus sine respectu presentialitatis. Et si queras in quo predicamento ponetur vbi angeli cuz angelus non sit in loco circumscriptiue. sed tantum presentialiter seu diffinitiue. Respondeo ꝙ accipiēdo vbi proprie prout diffinitur ab auctore sex principiorum non ponetur in hoc predicamento cum angelus non circumscribatur loco. sed bene accipiendo large ꝓ respectu presentialitatis ad locū. Unde Sco. x. di. iiij. senten. q. i. dicit ꝙ licet non sint plura genera q̄ decem tamen rationes eorum non ita assignantur generaliter sicut possent assignari. Cum autem vbi sit respectus extrinsecus aduenientis: ita etiam erit situs vel positio cum presupponat vbi.

De positione.

Positio est quedā partiū situs ⁊ generationis ordiatio vt sessio statio: ⁊ sic de aliis. Item tres sunt proprietates positionis. Prima est ꝙ positio nō hz contrariū. Secunda est ꝙ positio nō suscipit magis neqz minus. Tertia est ꝓpriū est positioni substantie proxime assistere.

Notandū ꝙ situs vel positio vltra esse in loco dicit ordinē ꝑtiū adinuicem ⁊ ad ipsum locum.

Unde ꝺz Sco. vbi supra duplex est positio. Quedā .n. dicit ordinē partiū adinuicē. ⁊ hec est differentia quantitatis. alia dicit ordinē partium in loco que dicitur predicamētū situs: vt stare sedere iacere.

De habitu.

Habitus est corporū ⁊ eorū que circa corpus sunt adiacentia vt tunicatum esse. loricatum esse. Et tres sunt proprietates eius. Prima est ꝙ habitus suscipit magis ⁊ minus: vt eques est armatior pedite. Secunda est ꝙ habitus non habet contrarium. Tertia est ꝙ habitus semper est i pluribus scilicet in habente ⁊ in habito.

Habitus autē est corporum ⁊ eorum que circa corpus sunt adiacentia: vt armatio induitio: calciatio. Quod autem habitus sit respectus extrinsecus aduenies patet: quia nō necessario sequitur extrema posita in esse. Possunt .n. corpus ⁊ arma esse sine tali respectu: vtpote si vnum non applicetur alteri.

Dicitur autē alteruz alteri opponi qua drupliciter. Oppositorū enim quedaz sunt relatiua: vt pater ⁊ filius duplū ⁊ dimidiū. Quedā sunt priuatiue opposita: vt priuatio ⁊ habitus: visus ⁊ cecitas auditus ⁊ surditas. Alia sunt cōtrarie opposita: vt album ⁊ nigrū. Alia sunt contradictorie opposita: vt sedere non sedere. Que autez sunt relatiue opposita dictum est in capitulo de relatione. Cōtraria sunt quecūqz sub eodē genere posita. maxime a se inuicem distāt mutuo se expellunt. ⁊ eidē susceptibilivicissim insunt. a quo mutuo se expellunt nisi alterū insit a natura: vt albedo in cigno: ⁊ nigredo i coruo ⁊ ethiopi. Caliditas autē nō ē i igne vt accidens in subiecto. immo vt substantiale in eo cuius est substantiale: sicut sunt quedaz que cadunt in diffinitione alicuius. nō ꝺm predicationē: ſz potius vt principiū. vt punct⁹ in diffinitione linee. ⁊ vnitas i diffinitiōe numeri. Et iste modus eēndi in cōtineē sub quarto mō ꝺm quē vnaqueqz pars diffinitionis est i suo diffinito ⁊ sic ignis non est subiectū caliditatis: sed materia ignis est subiectū eius. hec. n. susceptibilis est caliditatis ⁊ frigiditatis: vnde caliditas est in materia ignis vt i subiecto. i igne vero non vt in subiecto sed vt substantiale in eo cuius est substantiale. Priuatiue oppo

sita sunt que habēt fieri circa idem subiectū ordine irregressibili ⁊ tpe determinato a natura. Ordine irregressibili dico qꝛ ab habitu in priuationē deuenire possibile est. sed non econuerso. Impossibile. n. est a priuatione in habitū regressuꝫ fieri: vt visus ⁊ cecitas hñt fieri circa oculū. A visu aūt deuenire in cecitatem possibile est sed non econuerso.

Hic determinat auc. de post predicamentis: que valent ad declarationē predicamētorum. Et primo tractat de oppositione. Circa quod sciendum ꝙ duplex est oppositio. quedaꝫ cōplexoruꝫ: ⁊ de illa fit mentio in tractatu propositionum. alia est incōplexoruꝫ ⁊ de hac habet in ꝓposito. est aūt oppositio formalis repugnantia aliquorū duorū que impossibile est simul esse in eodē respectu eiusdē: ⁊ sunt quatuor spēs eiꝰ scꝫ oppositio relatiua cōtraria priuatiua: ⁊ ꝯtradictoria. Si arguat ꝙ oīa opposita sūt relatiua: cū oppositū dicat hitudinē vniꝰ oppositi ad aliō. Est. n. oppositō oppositorū oppositio: ⁊ oppositū est oppositi oppositū. ergo oppositio relatiua male ponit spēs distincta ab alijs. Respondeo ꝙ lꝫ opposita inquātū opposita siue quantū ad ꝑ se significationē vel intētionē oppositionis seu repugnātie dicātur relatiue adinuicē: tñ quantū ad substractū qđ subest illi itētiōi nō oīa opposita sūt relatiua imo q̄dā sunt ꝯria: vt albuꝫ ⁊ nigrū. q̄dā relatiua: vt pater ⁊ filiꝰ. Nō ē āt icōueniēs oppōnē esse de gñe rl'onis: lꝫ opposita: vt albedo ⁊ nigredo pr̄ ⁊ filiꝰ sint diuersorū generꝫ. Rl'ones. n. eiusmodi fundant i rebꝰ diuersorū generuꝫ vt idētitas in substātia: similitudo in qualitate: ⁊ eq̄litas in quātitate. Illud ēt qđ est alicuiꝰ gñis sic cōcretū gñis rl'onis pt denoīatiue dici de pluribꝰ generibꝰ ꝑm Sco. xij. di. iiij. sen. q. i. ¶ Sūt autē relatiue opposita q̄ adinuicē referunt. vt pr̄ ⁊ filiꝰ. que qdē nō pñt simul inesse eideꝫ respectu eiusdē: sꝫ bñ respectu diuersorū differūt v̄o relatiua a ꝯrijs: qꝛ vnū relatiuū coexigit aliud ad sui eē: vt pr̄ nō pōt eē quin hēat filiū: nō sic de ꝯrijs. Contraria āt sunt q̄ sub eodē gñe posita maxime ad se inuicē distāt. ⁊ eidē susceptibili vicissiꝫ īsunt vnū alteꝝ expellēdo: nisi alteꝝ insit a nā: vt albedo inest cigno ⁊ nigredo coruo. Ista descriptio cōtrarioꝝ satis pꝫ ex his q̄ dicta sunt in p̄cedētibꝰ: vt albedo ⁊ nigredo cōtrariant q̄ maxime distant i gñe colorū: nec pñt inesse eideꝫ simul ꝑm idē lꝫ bñ ꝑm diuersa. Et intelligit distātia cōtrarioꝝ de distātia q̄ dicit repugnātiā formalē: nō āt de distātia locali. Sursum. n. ⁊ deorsuꝫ lꝫ large possint dici cōtraria nō tñ stricte: q̄ qdē habēt iter se distātiā localē: nō tamen habent repugnātiā formalē. Vñ idē corpus v̄tute diuina posset eē sursum ⁊ deorsum: vt diffuse declarat Sco. x. di. iiij. sen. q. ij. q: āt auctor fecerat mentionē de ꝯtrariis que alicui īsunt a natura: vt caliditas īest igni a natura: iō dicit ꝙ caliditas nō est i igne sicut accidēs in subiecto: sed sicut substātiale in eo cuius est. Est tamē in materia ignis sicut accidēs in subiecto. ¶ Ad cuius euidētiā notādū ꝙ lꝫ auc. nō teneat a pluribus eo mō quo sonāt eius verba pōt tñ aliqualiter exponi. vnde substantiale potest sumi vno mō pro eo qđ est de rōne formali qdditatiua alicuiꝰ: sicut rōnale hoc modo est de essentia hominis alio modo pro eo quod consequitur substantiam vel naturam alicuius. ⁊ sic risibilitas potest dici substantialis hominis: licet non sit de diffinitione quidditatiua eius: sumendo igitur substantiale primo mō caliditas nō est substātialis igni.

Cum eniz sit accidens alicuius entis nõ erit de substantia ignis. qꝛ qđ vere ē nulli accidit primo physicorũ. Sumẽdo vero substãtiale pro eo qđ cõsequit naturã alicuius. sic caliditas potest dici substãtiale igni. Est. n. accidens inseparabile cõsequens naturaz ignis: ⁊ eius ꝓprietas cõpetẽs omni lz non soli. Et dicit auctor ꝙ est substãtiale igni sicut sunt ea que cadũt sub diffinitione alicuius nõ ꝑm p̃dicationem essentialẽ supple: sed vt p̃ncipium: sicut punctus ponit in diffinitione linee: qꝛ est p̃ncipiũ vel finis linee: non tamen p̃dicat essentialiter de linea: sic caliditas potest poni in diffinitione ignis nõ qdditatiua cũ nõ p̃dicet essentialiter de igne: sed in diffinitione que datur ꝑ additamẽtũ. s. large sumpta seu descriptione tanq̃z eius ꝓprietas que est p̃ncipiũ quo ignis calefacit. ¶ Et notãdũ ꝙ in exemplis non requirit oĩmoda similitudo: qꝛ vbi est oĩno simile est magis idẽtitas q̃z exẽplũ. ꝙ aũt nõ fuerit intẽtio auc. ponere ꝙ caliditas sit forma substãtialis ignis pz ex hoc ꝙ dicit ꝙ est in materia ignis sicut accidẽs in subiecto. Forma eniz substãtialis nõ est in materia: vt accidens in subiecto: cũ ex ipsis cõstituat vnuz ens per se ⁊ nõ per accidẽs. Est aũt caliditas in materia ignis sicut accidẽs in subiecto qꝛ nõ cõsequit ipsam materiam inseparabiliter. Inest. n. caliditas igni a natura nõ rõne materie sz rõne forme: sicut risibilitas necessario cõsequit hoiem: nõ inquãtũ animal: sed inquantũ rõnale ꝑm Sco. xxv. di. ij. sen. qꝛ ergo caliditas nõ cõsequit inseparabiliter materiaz ignis: ideo dicit auc. ꝙ est susceptibilis caliditatis ⁊ frigiditatis. Qđ est verũ mediãte forma substãtiali: qꝛ. s. põt informari aliqua forma quam cõsequit frigiditas: vt forma aque vel alia quã cõsequit caliditas vt forma aeris. Immediate autem nõ põt recipe materia aliqđ accidẽs. vñ opinio illa est falsa quã ponit cõmẽtator p̃mo physicorũ. vz ꝙ in materia rerum generabiliũ ⁊ corruptibilium oportet intelligere dimẽsiones ĩterminatas seu incõpletas ante aduẽtũ forme substãtialis q̃ qdẽ post eius aduentũ accipiũt esse cõpletũ ⁊ terminatum. Hãc. n. improbat Sco. xij. di. iiij. sen. q. vi. in corpore qõnis. Tum qꝛ forma de genere priori nõ põt ꝑficere susceptiuũ de genere posteriori. ergo nec forma substãtialis dimensiones. Tum qꝛ forma substãtialis ē talis actus q natus est cõstituere vnũ ꝑ se cũ suo ꝑfectibili: sed nõ põt vnuz per se cõstituere cũ aliquo de genere quãtitatis. Vñ quantitas nõ est ratio media inter agens ⁊ passum. Agẽs. n. naturale attingit materiã ꝑm essentiã nudã: vt passum ab eo ĩmediate transmutatũ. vnde qñ ex aqua generatur aer prius natura corrũpũtur oĩa accidẽtia aque cũ eiꝰ forma substãtiali q̃z in illa materia introducat forma aeris. Agẽs aũt naturale sicut potest generare substãtiã que nõ prefuit: sic potest generare accidentia cõsequẽtia ipsam. ¶ Cõsequenter declarat auc. que sunt p̃uatiue opposita dicẽs ꝙ sunt illa que hñt fieri circa idẽ subiectũ ordine irregressibili ⁊ tpe determinato a natura. Vñ ab habitu est deuenire in priuationẽ. A priuatione aũt in habitũ est impossibil' regressus: vt cecitas ⁊ visus habẽt fieri circa oculũ. ⁊ a visu cõtingit fieri motũ in cecitatẽ: sed nõ ecõuerso ꝑ naturã lz bñ ꝑ miraculũ. Dicit autẽ notanter tpe determinato a natura. Canis enĩ ante nouũ diẽ nec est vidẽs nec cecus: qꝛ ante illud tẽpus nõ est natus habere visum. ⁊ ideo post illud tẽpus naturaliter videt. Et si arguat ꝙ tenebra est priuatio lucis: ⁊ tñ aer fit de tenebroso lucidꝰ ergo fit regressus a p̃uatiõe ĩ formã vel habitũ. R̃ndeo ꝙ duplex ē p̃uatio. Quedã est cuius habitꝰ est a p̃ncipio innato: cuiusmõi ē cecitas: qꝛ visus ē a p̃ncipio ĩtriseco. Alia ē p̃uatio cuiꝰ hĩtꝰ ē a p̃ncipio extriseco: vt tenebra ĩ medio. De p̃ma ĩtelligit dictũ Ari. ñ đ scđa. Sz ꝯ hoc ar

guit: q: a quiete que est priuatio motus bñ ē regressus ad motū. ⁊ ab ignorantia q̄ est priuatio scie ē regressus ad sciam: ⁊ tñ tā scia q̄ mot⁹ sunt a principio intrinse co seu inato. ergo de illa nō itēdit Arist. Rñdeo q̄ priuatio q̄ est a pricipio inato est duplex. Quedā ē q̄ tm̄ priuat habitū ⁊ nō tollit principiū habit⁹. ⁊ de ista ꝓcedit argumētū. A tali. n. bñ ē regressus in habitū. Alia ē q̄ tollit habitū ⁊ principiū ꝓpriū habit⁹: vt cecitas priuat visum ⁊ debitā dispositionē organi. ⁊ de illa itēdit Aristo. Ab ipsa enim in habitum naturaliter impossibilis est regressus. ¶ Contradictoria sunt affirmatio ⁊ negatio eiusdē de eodē: vt hō nō hō: albū nō albuz. Ubi sciēdū q̄ lz de quolibet dicat altera pars cōtradictiōis: vt de quolibet veruz est dicere q̄ ē hō vel nō hō: nō tñ cū per se: vt dicit Sco. ij. di. primi sentē. q. vltīa. Utraqz. n. harū est falsa. hō ē ꝑ se albus: hō est per se non albus. Nec. n. albedo necnon albedo per se inest homini. Contradictoria etiā non predicantur de quolibet cū reduplicatione. Unde vtraqz harum est falsa. homo inquantum hō ē albus: ⁊ hō inquantum hō est non albus. Alterū igit cōtradictorioꝝ nō dicitur de quolibet qñ terminus de quo dicitur accipit distributiue. Ratio huius ē q: vni supposito pōt inesse vnū ⁊ alteri alterū. Unde neutra istarū ē vera. Oīs hō est alb⁹: ⁊ oīs hō ē nō alb⁹. Notandū insup q̄ cōtrarietas distinguit a priuatiōe ⁊ cōtradictiōe. q: i cōtrarietate quodlibet extremū ē formaliter aliqd positiuū nō sic i alijs. Itē priuatio ⁊ cōtradictio nō sunt idē absolute: q: lz priuatio sit q̄dā contradictio inquantū vnū priuatiue oppositorū est negatio alterius: tñ priuatio ꝓprie sumpta fundamentaliter ponit subiectū aptum natum. Contradictio autem de sui ratione: nec ponit existentiam subiecti nec aptitudinē i subiecto. vnum. n. extremū ꝯtradictiōis verificat ⁊ de ente ⁊ d̄ nō ente: vt aīal ñ videt ⁊ nō eus ñ videt.

Prius dicitur quadrupliciter. Prio modo est proprie aliquid dicitur prius altero ꝯz tp̄s ꝓut aliquis dicitur senior et antiquior altero: sicut homo habens triginta annos dicitur prior hoīe habente vigīti annos. Secūdo modo aliqd dicitur prius a quo non cōuertitur subsistendi consequentia vt vnum ē prius duob⁹. Duobus. n. existentibus mox consequens est vnū esse: vt si duo sunt vnum ⁊ non econuerso. Tertio modo dr̄ pri⁹ ꝯm ordinem quēdam: vt i disciplinis pricipia priora sunt conclusionib⁹: ⁊ i grāmatica littere sunt p̄ores syllabis: ⁊ i oratione ꝓhemium est prius narratiōe. Quarto modo p̄us dr̄ quod melius ē ⁊ honorabilius. Cōsueuerunt enīz plurimi homines honorabiliores ⁊ magis dilectos apud se dicere priores: preter hos quatuor modos iam dictos: est vnus alter modus prioris. Eorū que conuertuntur secūdum essendi cōsequentiaz. ⁊ alterū est quodā modo causa alteri⁹: ⁊ hoc mō aliqd dr̄ prius altero natura: vt res ē causa veritatis orationis de se facte: vt hoīem curre

re cõuertitur cũ hac oratione hõ currit. Et si hominẽ currer̃ sit verũ hec est vera hõ currit ⁊ ecõuerso. Res autẽ est causa veritatis orationis de se facte ⁊ nõ ecõtra. Ab eo.n. ꝙ res ẽ vel nõ est oratio dicit̃ vera vel falsa. ergo hec res hoĩez currere peior ẽ hac or̃one hõ currit

¶ Cõsequenter ponit auc. modos prioris. Primo mõ aliqs dicit̃ esse pri⁹ alio tẽpore: vt senior est prior iuuene. Scdo aliqd dicit̃ prius alio qd̃ nõ conuertitur ꝟm cõsequentiã subsistẽdi. est autẽ cõsequẽtia subsistendi qñ arguitur de est secũdo adiacẽte ad est secũdũ adiacens. ⁊ dr̃ est scdm adiacens qñ non ponit̃ predicat̃: vt hõ est. Dicit̃ aũt tertiũ adiacẽs qñ ponit̃ predicatũ: vt homo est albus. Hoc mõ aial est prius natura hoĩe: qr bene seqtur hõ est: ergo aial est: sed non econuerso. Tertio aliqd dicit̃ prius ꝟm ordinẽ: vt in scientijs p̃ncipia sunt priora cõclusionib⁹. Et dicunt̃ sciẽtie discipline a discipulo: ⁊ doctrine a doctore. Quarto aliqd dicit̃ prius dignitate honore vl̃ pfectione. Quintus modus prioris qui tp̃e philosophi nõ erat ita assuetus sicut alij est eorũ que cõuertunt̃ ꝟm essendi cõsequentiã. ⁊ vnũ est causa alteri⁹ quodãmodo vt sit. Et tale digne ⁊ rõnabiliter põt dici prius natura: qr sine contradictione vnũ potest esse sine alio: ⁊ aliud nõ sine ipso qd̃ dicit̃ prius natura. v. metaphysice: vt res est causa veritatis orationis facte de ipsa re: vt si cursus a parte rei insit hoĩ. bene sequit̃ ꝙ illa ꝓpositio hõ currit est vera: ⁊ ecõuerso. Aliqñ tñ prius natura dr̃ a quo aliud depẽdet: ⁊ cũ quo conuertit̃: lz nõ possit esse sine ipso. Et hoc mõ subiectũ est prius natura ꝓpria passione. alios modos prioris vide. v. metaphysice. vnde versus. Tẽpore natura. prius ordine dic ⁊ honore Causam causato dicimus esse prius.

pton disamis datisi bocardo ferison. In his q̃tuor versib⁹ p̃dictis sunt nouẽdecim dictiones nouẽdecem modis deseruiẽtes: ita q̃ p primã dictionẽ intelligitur prim⁹ mod⁹ prime figure. ⁊ per secundã secũdus modus ⁊c. Uñ p̃mi duo versus deseruiũt oib⁹ modis p̃me figure. Terti⁹ v̄o v̄sus p̃ter vltimã eius dictionẽ deseruit modis secunde figure. ita q̃ prima dictio deseruit prio mõ ⁊ scd̃a secundo mõ ⁊ sic de aliis. Ultima v̄o dictio tertii versus cũ aliis dictionib⁹ quarti v̄sus deseruit modis tertie figure. Sciẽdũ q̃ p has vocales. s. a. e. i. ⁊. o. itelligũtur quatuor genera ꝓpositionum: ita q̃ p hãc vocalẽ. a. itelligit̃ vl̃is affirmatiua. ⁊ p. e. vl̃is negatiua. ⁊ per. i. particularis affirmatiua. ⁊ per. o. particularis negatiua. Et in qualibet dictione sunt tres syllabe ⁊ aliud residuũ ẽ supfluũ nisi. m. vt postea patebit. Et per primã illarũ syllabarũ itelligitur maior ꝓpositio. ⁊ per secũdã minor. ⁊ per tertiã cõclusio. v̄bi gr̃a. Prima dictio. s. barbara habz tres syllabas in quarum qualibet ponitur. a. ⁊ per. a. ter positũ significatur q̃ primus modus prime figure constant ex duabus ꝓpõnibus vniuersalibus affirmatiuis vniuersalez affirmatiuã concludentibus. Et ita itelligitur de aliis dictionibus s̃z vocales ibi positas Et sciendũ q̃ quatuor dictiones primi versus incipiunt ab his cõsonantibus. b. c. d. ⁊. f. ⁊ oẽs alie dictiones sequentes. Et p hoc itelligẽdũ est q̃ oẽs que icipiũt per dictionẽ ĩchoatã: per. b. debẽt reduci ad primum modũ prime figure. Et oẽs. que incipiunt p dictionez inchoatã per. c. ad scd̃m. Et p d. Ad tertiũ. Et per. f. ad quartũ. Itẽ vbicũqz ponitur. s. in illa dictione significatur q̃ ꝓpositio intellecta per vocalẽ immediate p̃cedentẽ dz conuerti simpl̃r. Et ꝓpositio intellecta per vocalẽ immediate p̃cedẽtẽ istã litterã. p. dz cõuerti p accidẽs. Et vbicunqz ponitur m. ibi debet fieri transpositio in premissis. Est enim transpositio in premissis facere de maiore minorem ⁊ econuerso. Et vbicunqz ponitur. c. significatur q̃ modus intellectus per illam dictionẽ in qua ponitur debet reduci per im-

possibile. Unde versus. Simplr verti vult. s. p. vo per acci. M. vlt trāsponi. c. p ipossibile duci. Seruat maiorē: variatqz scda minorez. Tertia maiorez variat: seruatqz minorē.

¶ Consequēter ponit auc. quasdā regulas syllogismorū cōcludētiū particularez negatiuā: quarū prima est q nullus syllogismus ꝯcludēs particularē negatiuaz indirecte pōt eā directe ꝯcludere. Tales aūt sunt duo modi p̄me figure vltimi. s. fapesmo ⁊ frisesomorū. ¶ Sed ꝯtra arguit: vr q fapesmo possit concludere ꝑticularē negatiuaz directe arguēdo sic. Ois hō est aīal. nullus lapis est hō. ergo qdā lapis nō est aīal. hic cōcludit ꝑticularis negatiua directe. Rñdeo q hoc ē gratia materie ⁊ nō gr̄a forme cum possint dari termini i qbus nō seqtur: vt oē aīal est substātia: nullus lapis est aīal. nō sequit. ergo qdaz lapis nō est substātia. Sz tm̄ sequit indirecte ergo q̄dā substātia nō est lapis. ¶ Scda regula ē q nullus syllogismus cōcludēs particularem negatiuā directe pōt eā cōcludere īdirecte. Qd est intelligēdū formali ꝯña sicut in regula p̄cedēti. Et tales sunt sex modi scz ferio in p̄ma figura: festino ⁊ baroco in secūda: felapton bocardo ⁊ ferison in tertia. Ulteri⁹ dicit auc. q p̄ma figura cōcludit oīa genera ꝓpositionū. s. vniuersalē particularē affirmatiuā ⁊ negatiuā. secunda aūt vniuersalē negatiuā: ⁊ ꝑticularē negatiuā. tertia vo cōcludit particularē affirmatiuā ⁊ particularē negatiuam. Sed cōtra hoc arguit sic. cū. n. p̄ma figura concludat oīa genera ꝓpositionū videtur q alie supfluāt. Rñdeo q nō superfluūt qz facilius reperit mediū qd subijciat respectu vtriusqz extremitatis vt p̄dicet de vtraqz sumpta vlr vel ꝑticulariter affirmatiue vl negatie q̄z q tm̄ subiciat respectu vnius. ⁊ p̄dicetur respectu alterius. ideo propter facilitatez medij alie figure a prima non superfluunt.

¶ Ponunt autē ab Ari. plures modi syllogismorū qbus conclusiones mō vario pñt cōcludi puta syllogismus ex oppositis de quo dictū est p̄mo cap. huius partis. Itē ponit syllogism⁹ ostēsiuus ⁊ ad īpossibile: de qb⁹ dicet in fallacia ꝑm nō causa vt causaz. Est etiā syllogismus ex ypotesi qui ꝓcedit ex aliqua suppositione nō cōnumerata in p̄missis. Ponit etiā syllogismus circularis ex qui ex conclusione prioris syllogismi cū cōuersa alterius p̄missarū infert alterā p̄missaz. Et dicit circularis qz ibi idē est p̄ncipiū ⁊ finis: sicut est in circulo: vbi fit regressus ad eundē punctū a quo īcipiebat ꝓgressus. Et est iste syllogism⁹ vtilis demonstratori. lz. n. circulo sit īpossibile demonstrare demonstratione ꝓpter qd ⁊ potissima: cuius mediuz est diffinitio p̄mo posteriorū: demōstratio tñ circularis bñ est possibilis mutādo vnū genus demōstrationis in aliud. s. demōstrationē propter qd in qz vel ecōtra. Itē demōstrando per diuersa genera causarū: vt efficiens per finē ⁊ ecōtra: vbi lz sit demonstratio ꝑꝑ qd nō tñ potissima cuius mediū est diffinitio subiecti que est causa īmediata passionū eius. Ponit etiā syllogism⁹ cōuersiu⁹ qui. s. ꝓcedit ex opposito cōtrario vel cōtradictorio cōclusionis prioris syllogismi cū altera p̄missarū ad īferenduz oppositū alterius p̄misse. Et potest dici conuersiuus ꝓpter mutationem alterius p̄missarū ⁊ conclusionis in suas oppositas. De syllogismo autez falsigrapho dicet in p̄ncipio fallaciaruz.

Sed qz aristotiles in prioribꝰ ostēdit cōiugationes in quibꝰ nō sequit conclusio ex premissis esse inutiles per inuentionē terminoruz in qbꝰ

non tenet huiusmodi cōiugatio. ideo vtilis est inuentio taliuz term norū. Ubicūqz igit̄ fiat iutilis cōiugatio contra regulas syllogismorum pri⁹ assignatas. Accipiēdi sūt duo termini diuersi. s. due species sub vno genere. dr̄ia vel ꝓprio vl accidēte: vt hō asinus aīal: vel duo termi quorū alter de altero p̄dicet̄ siue cōuertibilr̄ siue ñ cū extraneo vtriusqz. vt hō risibile lapis. vel hō aīal lapis. vel accipiēdi sunt duo termini quoꝝ alter de altero p̄dicetur siue cōuertibiliter siue nō cuz supiore ad vtrūqz: vt hō risibile substātia: vel hō aīal substātiā. p hāc. n. regulā disiūctiuaz cuicunqz generi applicet̄: siue substātiue: siue quāntitati: siue alicui aliorū: semp īueniuntur termini p quos iutilis cōiugatio demōstrabit̄ non tenere. ⁊ tales termīos appellat aristo. ī prioribꝰ termīos ī qbꝰ nō. Et nota ꝙ īuenire terminos ī quibꝰ nō ē acceptis tribꝰ termīs facere cōiugationē ī qua p̄misse sūt vere: ⁊ cōclusio falsa manēte eadez q̄litate ⁊ quātitate ꝓpōnū verbi gr̄a: hic ē iutilis cōiugatio. nullus hō ē asinus: nullus lapis ē hō. ergo nullus lapis ē asinꝰ. Et isti sunt termini ī qbꝰ sic. Cōtra hāc inutilez cōiugationē accipiūtur termini ī qbꝰ nō p scōm mēbrū regule. hō risibile asinꝰ. ⁊ arguit̄ sic nullus asinꝰ ē hō. nullū risibile est asinꝰ. ergo nullū risibile est hō. ecce p̄misse sunt vere ⁊ cōclusio ē falsa ꝟuata eadē q̄litate ⁊ quātitate ꝓpōnū ī vtraqz cōiugatione ⁊ vtrobiqz manēte eadem figura.

Demū agit auc. de cōiugatiōibꝰ inutilibꝰ. Circa qd̄ sciēdū ꝟm Ari. ī lib. p̄oruz ꝙ cōiugatio vel cōbinatio vtilis dr̄ qñ cōclusio seqt̄ ex p̄missis ꝟm regl̄as p̄us assignatas ꝯña formali ita ꝙ nō valēt repiri termini ī qbꝰ ferat̄ īstātia ꝓbādo vz efficaciter hmōi modū arguēdi nō tenere. Per oppositū aūt cōiugatio est inutilis qñ īfert̄ cōclusio ex p̄missis ꝯ regulas pri⁹ assignatas q̄ lz sequat̄ gr̄a mā̄e ñ tñ gr̄a forme syllogistice cū possint repiri termini ī qbꝰ ferat̄ instantia oñdendo hmōi modū arguēdi nō valere ⁊ p hoc eē īutilē ad cōcludēdū: qr igit̄ vtile ē scire faciliter repire termīos ad īferēdū tales īstātias. docet auc. modū hmōi termīos ī prōptu repiendi di. ꝙ opz accipe duos termīos dispatos cū suo supiori vt duas spēs cū genere vt hō asinꝰ aīal: vel accipiēdi sunt duo termini quorū vnꝰ de altero p̄dicet̄ siue cōuertibilr̄ siue nō cū extraneo vtriusqz vt hō risibile lapis: vel hō aīal lapis. aut accipiendi sunt termini quorū alter de altero p̄dicet̄: siue cōuertibiliter siue nō cū supiori ad vtrunqz vt hō risibile substātia: vel hō aīal substātia. Per has. n. tres regulas cuicūqz generi applicentur siue substantie siue quali-

tati siue alicui aliorum predicamentorum poterunt reperiri termini per quos mō strabitur euidenter aliqua coniugatio eē inutilis: nec valere ad formaliter cōcludē dum. Et vocantur tales termini ab Ari. terminī in quibus non hoc est tale: quib⁹ non sequitur conclusio licet premisse sint vere: vnde inuenire terminos in quibus non. est ex acceptis seu inuentis terminis facere coniugationem in quibus non sequitur conclusio ex premissis: sed premisse sunt vere ⁊ conclusio falsa. verbi gratia. Hec est coniugatio inutilis. Nullus homo est asinus: nullus lapis est homo ergo nullus lapis est asinus. Cum non fit debita vnio seu coniugatio terminorū ⁊ propositionum ꝑm regulas prius assignatas: quia ex puris negatiuis nihil sequitur formali consequentia: licet aliquando sequatur gratia materie vt in proposito. Ad ostendendum ergo hanc coniugationem esse inutilem est inferenda instantia accipiendo terminos in quibus non sequitur conclusio licet sit idem modus arguendi: vt accipiendo hos terminos. homo risibile asinus: iuxta secundam regulam predictam: ⁊ potest sic argui. Nullus asinus est homo: nullum risibile est asinus. ergo nullum risibile est homo. Ecce due premisse sunt vere ⁊ conclusio falsa. ⁊ tamen iste due coniugationes sunt in eadem figura. ⁊ propositiones sunt eiusdem quantitatis ⁊ qualitatis in vtraq; coniugatione inutili seu in vtroq; syllogismo.

¶ Similiter contra illam regulam ex puris particularibus nihil sequitur potest assumi coniugatio inutilis dicendo. quoddam animal est substantia. quidam homo est animal. ergo quidam homo est substantia. Sed statim possunt inueniri termini in quibus non sequitur per primam regulam: accipiendo species diuersas cū genere sic arguendo. Quoddam animal est asinus: quidam homo ē animal. ergo quidam homo est asinus.

Incipit quintus tractatus.

Ratio dicit multis modis. Primo modo ratio idē ē q diffinitō vel descriptio: vt hic. Uniuocadicuntur quorum nomen est cōmune ⁊ ratio substantie ꝑm illud nomē ē eadē. Secūdo mō est quedam virtus aie. Tertio modo idē ē q oratio ostendēs aliqd sicut sunt propositiones vel rationes disputantiuz. Alio mō idez ē q forma materie: vt i cultello ferrum ē materia: di spositio vero inducta i ferro est forma. Alio mō idē est q essentia cōis ꝑdicabilis de pluribus. vt essentia generis spēi: vel differentie. Alio mō idez ē q medium inferens cōclusionē. vn versus. Diffinit virtus ostēdit forma vel eē. Est mediū rō per qō cōcludit. ergo ⁊ hoc vltio mō sumitur rō i diffinitione argumēti q̄ talis ē. Argumentū ē rō rei dubie faciēs fidē: idē medium ꝑbās cōclusionē. Cōclusioni dz cōfirmari p argumētuz. Est ät cōclusio argumento vel argumētis ꝑbata propositio. Sed añq; ꝑbet tūc est dubitabilis. ⁊ ē q̄stio. Questio sic dif-

finit. Questio ē dubitabilis ꝓ positio. Mediũ āt est quod hz duo extrema. Argumentatio ē argumenti ꝑ orationē explicatio. i. oratio explicans argumentũ. Differt āt argumētũ a medio ⁊ ab argumētatiōe. qꝛ mediũ dicitur eo ꝙ hz duo extrema. Argumentũ āt addit supra mediũ virtutē probādi cōclusionē. Unde ad hoc ꝙ sit argumētũ exigit ꝙ sit mediũ ⁊ ꝙ hēat virtutē ꝓbādi cōclusiōez Argumētatio aūt dicitur totalis oratio cōposita ex p̄missis ⁊ cōclusiōe: ⁊ i illa manifestat virtus argumēti. Aliquādo. n. tota oratō pōt iferre vniuersalē affirmatiuā aliqñ nō: nisi ꝑticularē affirmatiuā. aliqñ vniuersalē negatiuā. aliqñ ꝑticularē negatiuā. ⁊ sic manifestatur tota virtus argumēti cū oñditur supra quā conclusionē pōt ip̄m argumētum ⁊ supra quaz nō pōt. quod quidē fit in argumentatiōe vt supra patuit.



Postq̄ auc. determinauit d̄ syllogismo simpliciter seu vl'r cōsiderato. hic ꝯñr agit de syllogismo i particulari q. s. ꝓcedit ex ꝓbabilibus. Denoiat āt tractat⁹ a loco nō tāq̄ a subiecto ꝓprio: sz a p̄icipio sui subiecti. Syllogism⁹ āt dyalecticus cōfirmat ꝑ locũ: qꝛ vo i diffinitōe argumēti ponit rō: iō auctor p̄mittit hui⁹ nois multiplicē acceptionē. ¶ Circa qd̄ sciēdũ ꝙ rō non est potētia aie alia ab itellectu: sz itellect⁹ dicit rō iquātũ rōcinat discurrēdo a min⁹ noto ad magis notũ. Rō ibi sumit multipliciter ꝑ cōparatōnē ad itellectũ. Prio sumit i diffinitiōe vniuocorũ. vñ diffinitio sepe vocat rō formali vt dictũ ē i p̄dicabilib⁹ c⁰ de dr̄ia. dicit āt diffinitio rō qꝛ ē indicatiua obiecti itellect⁹ vel rōnis. Est. n. rō idicās explicite rei essentiā. Essentia autē siue qditas rei materialis siue sensibilis ꝑ diffinitionē explicitā ponit a doctore subtili obiectũ itellect⁹ ꝓ statu isto iuꝑ prio sniaruz di. iij. itelligēdo nō solũ de sensibili ꝓprie: sz ēt d̄ iclusio eēntialr vel virtualiter i sensibilibus. Secūdo modo sumit rō ꝓ ipsa vl vel potētia rōcinatiua. Tertio modo sumit ꝓ discursu rōnis a p̄missis ad conclusionem. Quarto modo forma dr̄ rō qꝛ ꝑ ipsā cognoscit mā ⁊ compositũ. Cognoscit nāqz mā ꝑ anologiaz ad formā prio physicorum. Uidem⁹. n. vnā formā nouā p⁹ aliā: qꝛ vz videmus nouā opatōez q̄ arguit nouā formā. ⁊ sic cognoscim⁹ subiectu trāsmutatōis cōe. s. māz cōez q̄ māet sub vtraqz forma. sz āt tā forma accidētal q̄ sbalis fit rō cognoscēdi. Hoc tñ pri⁹ p̄oritate generatōis cōpetit forme accidētali: qꝛ oīs nr̄a cognitō ortũ hz a sēsu. Forme āt accidētales sunt obiecta sensuũ vt calidũ. frigidũ. hūidũ. ⁊ siccũ sūt obiectũ tact⁹: ⁊ sic d̄ alijs. Oīs ēt cā tā extrīseca vt efficiēs ⁊ finis q̄ itrīseca vt mā ⁊ forma h̄ mō p̄t dici rō. qꝛ ē rō cognoscēdi suũ effectũ. Hic āt fit d̄ cā forali m̄tio tāq̄ d̄ notiori. Quito⁰ eēntia cōis seu quiditas p̄dicabilis d̄ plibus vt eēntia spēi gñis vl dr̄ie dr̄ rō. Et differt iste mod⁹ a prio qꝛ hic sumit rō ꝓ obiecto itellect⁹ vl rōnis. In p⁰ vo mō ꝓ diffinitiōe explicāte ip̄z obiectũ. Sexto mō medium iferēs ꝯclusionē dr̄ rō: qꝛ. s. est istr̄m itellect⁹ vl rōnis ad iferēdũ ꝯclusiōez. Et h⁰ mō sūit i diffinitiōe argumēti. Est. n. argumētũ ꝓ rei dubie faciēs fidez. i. mediũ ꝓbans cōclusionē: qꝛ vz causat

assensum seu credulitatē de re dubia siue ꝓpositā ꝑ modū dubij. Res enim certa ꝓposita ꝑ modū dubij bñ pōt per argumentū ꝓbari: vt deū esse. vnde versus. Diffinit virtus ostendit fozma vel esse. Est mediuz rō p qō cōcludit ergo. ¶ Circa qō sciendū ꝙ ista tria. s. mediuz argumtū ⁊ argumentatio differūt. Mediū. n. ē qō participat vtrūqz extremū. Argumentū ēt vltra mediū addit virtutē ꝓbandi cōclusionē. vnde ꝑ mediuz absolute sumptū nō pōt ꝓbari conclusio sz bñ per argumētū qō videl iportare. nō mediū tñ sed ēt vnionē extremitatuz in ꝓmissis cū medio. Et sic argumentuz includit ipsas premissas ex quibus infertur conclusio: Et iō argumētū dicit quasi arguēs vel stimulās mentē ad assentiendū cōclusioni. Argumentatio vero ē totalis oratio cōposita ex ꝓmissis ⁊ conclusione in qua explicat virtus argumenti qñ ex vnione extremitatū cum medio in ꝓmissis infertur vnio extremitatū iter se in conclusione vlr vel particulariter affirmatiue vel negatiue. Sepe tñ vnuz sumitur ꝓ reliquo. Notandū ēt ꝙ lz eadē oratio possit dici propositio conclusio ⁊ questio: non tñ �means eandem rōnem. dicitur propositio inquantū ponitur i premissis ad inferendum conclusionē. Unde dicit propositio quasi ꝓ alio inferendo positio. Conclusio vero inquantum argumēto vel argumentis approbata'. Questio autem inquantum est dubia. Est nāqz questio dubitabilis propositio.

Argumentationis quatuor sunt species s. syllogismus. inductio. enthimema. ⁊ exēplum. Diffinitio ät syllogismi dicta ē ꝑi⁹. Inductio ē a singularib⁹ sufficiēter enumeratis ad vniuersale ꝓgressio: vt sortes currit plato currit. ⁊ sic de aliis. ergo ois hō currit. Enthimema est syllogismus iperfect⁹ idest oratio i qua nō oibus ꝑmissis positis infertur festinata cōclusio. vt oē aial currit; ergo ois hō currit. In hac. n. argumētatione icluditur hec ꝓpositio: ois hō est aial: que si poneretur pfectus esset syllogismus. Aristotiles sic diffinit enthimema. Enthimema ē ex ycotib⁹ ⁊ signis. ycos idem est ꝙ ꝓpositio probabilis. Signū vt hic sumitur idē ē ꝙ demōstratiua seu necessaria ꝓpositio vl probabilis ⁊ hoc i inferendo. Signū vt hic sumitur dicit necessitatē illationis. ycos aūt dicit probabilitatē ipsius ꝓpositionis i se �means quā probabilitatez ꝓpositio dicitur eē vera. vnde lz i enthimemate sit tñ vna ꝓpositio iferens ⁊ alia illata: tñ �means ꝙ inferens ꝓpositio appareret oibus esse vera vel plurib⁹ sic dicit ycos. qz sic iā est probabilis vt quilibet diligit diligētē se. ꝑm autē ꝙ ipsa infert cōclusionē ō necessitate sic est signū ⁊ sic eadē ꝓpositio dicit ycos ⁊ signū ꝑm aliud ⁊ aliud. Siqs obiciat ꝙ enthimema ōbeat sic diffiniri. Enthimema est ex ycote ⁊ signo cū tantuz sit vna

propō inferens que est ycos ⁊ signuz scōum diuersa. Ad hoc sic dicēdū ē ꝙ lz sit vna propō īserēs actu: tñ hz in se virtutez duarū ꝓpositionuz: qꝛ hz in se virtutē ꝓpriam ⁊ illiꝰ que sub intelligitur. ⁊ sic est vna scōum substātiā: ⁊ due secūdū virtutē ⁊ ideo dicitur in plurali numero ex ycotibꝰ ⁊ signis ⁊ nō ex ycote ⁊ signo. Sciēdū ꝙ oē enthimema dz reduci ad syllogismuz. In enthimemate. n. sunt tres termini sicut ī syllogismo ⁊ duo illoꝝ sunt ī conclusione ⁊ sunt maioꝛ extremitas ⁊ minoꝛ extremitas. alius autē nō ponitur ī cōclusione ⁊ est medium. Illarū aūt extremitatuz altera sumitur bis ⁊ altera semel. Et extremitate ergo tm̄ semel sumpta ⁊ ex medio fiat vna propō secūduz exigētiam modi et figure: et sic hētur syllogismus. verbi gr̄a. ī hoc enthimemate: oē aīal currit: ergo oīs hō currit: homo et currit sūt due extremitates et animal est mediū: sed illa extremitas. s. homo sūpta est tm̄ semel ex ipsa ergo et medio fiet vna propō. s. oīs hō est aīal: ⁊ tunc erit ꝑfectus syllogismus sic. oē aīal currit: oīs homo est aīal: ergo oīs hō currit. Exempluz est qñ vnū particulare ꝓbatur per aliud ꝑꝑ aliquod simile repertū ī ipsis: vt parisienses pugnare cōtra rothomagenses malum est. ergo turonēses pugnare contra pictauenses malum est. qꝛ vtrobiqz est pugnare affines contra affines.

¶ Deinde ponit auc. quatuoꝛ spēs argumētationis. s. syllogismus īductio enthimema ⁊ exēplū. ¶ Circa qđ notandū ꝙ diuisio argumētationis nō est diuisio generis in spēs: sed diuisio analogi in sua analogata. Uidet. n. argumentatio īportare tm̄ hmōi analogie vnitatez: cuius ratio est qꝛ argumētatio dicitur ab hoc qđ est in genere mentē: qđ. s. est mētē inclinare vel stimulare ad assentiendū cōclusioni que infert. Sz istud ꝑ se p̄mo cōuenit syllogismo. alijs. n. speciebus nō ꝯuenit nisi inquantū est in ipsis quodam modo virtus syllogismi: cū omnes alie spēs reducant ad syllm ex p̄mo priorū. Unde nō dicunt ꝓprie spēs argumētationis sed large: qꝛ. s. sunt quidam modi seu maneries arguēdi. Et si arguat ꝙ inter spēs eiusdē generis bñ est ordo ꝑfectionis: sicut hō est ꝑfectioꝛ equo. Respōdeo ꝙ lz sit ibi ordo ꝑfectionis vna tamē spēs nō sic reducit ad aliā ꝙ induat formā alterius sicut enthimema sic reducitur ad syllogismū ꝙ induit formam syllogismi. ⁊ sic de alijs. Quia vero diffinitio syllogismi data est in p̄cedentibus: iō de illa auctoꝛ se excusat ⁊ determinat primo quid sit. ¶ Inductio di. ꝙ est ꝓgressus a particularibus seu singularibꝰ sufficienter enumeratis ad vniuersale vt soꝛ. currit: plato currit: ⁊ sic de alijs. ergo oīs hō currit. ¶ Circa qđ est notādū ꝙ progressus hic sumitur pro motu seu discursu rōnis. Singulare etiaz ī ꝓposi

to sumitur nõ solum pro idiuiduo determinato qđ dicit singulare simpliciter ⁊ ꝟm se: sed ẽt ꝓ minus cõi qđ dicitur singulare ꝑ respectum ad magis cõe: vt habet prio physicorũ. Bene.n. sequitur: hõ currit: equus currit: ⁊ sic de singulis speciebus aialiũ. ergo omne aial currit. Reducit ãt sic inductio ad syllogismũ accipiendo singularia ꝑ medio ⁊ subijciẽdo ipsa i maiori respectu maioris extremitatis que p̃dicatur i cõclusione: vt ista iductio sor. currit: plato currit: ⁊ sic đ singul. g° oĩs hõ currit reducit ad syllz. Oẽ qđ ẽ sor. vl plato: ⁊ sic đ alijs currit. oĩs hõ ẽ sor. vl pla. ⁊ sic đ alijs. g° oĩs hõ currit. ¶ Sz ꝯ h arguit sic. Intellect⁹ nõ cognoscit singularia. g° ñ discurrit a singularib⁹ ad vniuersalẽ. ꝯsequentia pz quia discursus rõnis p̃supponit cognitionem extremorũ. ꝓbatur antecedẽs per philosophum i libro de aia dicentẽ ꝙ itellectus ẽ vniuersaliũ: sensus vero ẽ singularium. Respõdeo ꝙ sensus ẽ singulariũ p̃cise. Intellectus ãt lz sit vniuersaliũ nõ tñ precise sed ẽt singulariũ: ⁊ iõ cognoscit hec ⁊ illa. Ipsa ãt singularia nõ itelligit intellectus ꝑ nũc directe. sed reflectẽdo se sup fantasmata ꝟm Arist. iij. de aia. ¶ Circa qđ notandũ ꝙ spẽs i fantasia ad quam se cõuertit itellect⁹. prio repsentat singulare vagũ in qđ prio ferr cognitio intellectus. Quod pz qr qñqz itelligim⁹ aliqđ singulare ignorãdo i qua specie sit. Et in hoc prio signo i ipsa fantasia ẽ cõfusum: vt substantia cũ accidentibus vel multa accñtia se cõtrahẽtia mutuo. scđo repre sentat naturã absolute qñ. s. itellectus abstrahit vniuersale ⁊ ferr i naturã precise ñ cõsiderãdo ei⁹ singlaritatẽ. tertio reflectẽdo cõsiderationẽ nature ad circũstantias signatas. vt. s. itelligit singulare. i. naturã q̃ est hec nõ inquãtũ hec sed cũ accidentibus ꝓprijs determinãtibus talẽ naturã ꝑ tales circũstantias: puta ꝙ est hic ⁊ nũc ⁊ cũ tali figura ⁊ colore ⁊ hmõi: ita ꝙ istius reflexiõis terminus a quo ⁊ ad quẽ ẽ qđ cõfusũ ⁊ i medio qđ distinctũ. Ipsa tñ natura q̃ est hec nõ intelligit ꝑ nũc inquantũ hec seu sub ꝓpria rõne singularitatis: cũ nec sensus nec itellect⁹ distiguat iter duo singularia circũscripta distinctiõe accidẽtali q̃ ẽ ꝑ locũ ꝑ figurã ⁊ hmõi: puta si ꝑ diuinã potẽtiã essent in eodẽ loco ⁊ simul tpe ⁊ haberent eãdẽ figurã ⁊ magnitudinẽ ⁊ eũdẽ colorem. Talia.n. tã sensus q̃z itellectus iudicaret eẽ vnũ ⁊ tñ essent a ꝑte rei duo singularia. Hec mã diffusi⁹ tractatur a doctore subtili. vij. metaphysice: de quo ibi ꝑampli⁹ videbitur. Determiat ꝯñr auc. de enthimẽate ⁊ exẽplo q̃ reducunt ad alias species. ¶ Enthimema ẽ syllogism⁹ ipfect⁹: ⁊ exẽplũ ẽ iductio ipfecta. In inductiõe.n. ꝓceditur a singularib⁹ ab vl'e vl'r sumptũ. In exẽplo vero ab vno particulari ad aliud. Declarat ergo qđ est enthimema di. ꝙ ẽ syllogism⁹ iperfect⁹ siue oratio i q̃ nõ oĩb⁹ p̃missis positis infert festinata ꝯclusio: vt oẽ aial currit. ergo oĩs hõ currit. hic.n. intelligit ista ꝓpõ oĩs hõ est aial: q̃ si poneret ꝑfectus esset syllogism⁹. Unde enthimẽa dicit ab en qđ ẽ in: ⁊ thimos: qđ est mẽs: q: vna ꝑ positõ retinet i mẽte. Opz ãt illã ꝓpõnẽ eẽ ꝓbabilẽ vel necessariã: qr p̃supponit tãq̃z vera. Jõ Ari. diffinit enthimẽa ꝙ syllogism⁹ ex ycotib⁹ ⁊ signis. ycos ẽ ꝓpõ ꝓbabil': ⁊ signũ capit ꝑ ꝓpõne necessaria. Pro reductiõe enthimematis ad syllogismũ ẽ sciendũ ꝙ in quolibet enthimemate sunt tres termini sicut in syllogismo: quorũ duo ponunt i cõclusiõe q sunt extremitates: alijs ãt nũq̃z ponit i cõclusiõe qr ẽ mediũ. Illarũ vero extremitatũ vna ẽ bis posita i enthimemate ⁊ altera semel. Ex illa ergo semel sumpta cũ medio dz suppleri p̃missa q̃ deerat. vt in hoc enthimemate. Omne aial currit: ergo oĩs hõ currit. extremitates sunt hõ ⁊ currit: aial ãt ẽ mediũ: sed hec extremitas hõ non ẽ sumpta niñ semel. Sumat ergo iterum cũ medio ⁊ ñ

et minor propositō. s. oīs hō est aīal: ⁊ sic erit perfectus syllogismus. omne animal currit oīs hō est aīal. ergo oīs hō currit. ¶ Circa qd̄ notandū ꝙ qñ idē p̄dicatur ī p̄missa ⁊ cōclusione: tūc supplēda ē minor: vt ī exēplo p̄cedēti: cui⁹ rō ē q: p̄dicatū cōclusionis in tali enthimemate est maior extremitas: ⁊ sic ī tali enthimemate pōit maior ꝓpositio. Quādo vō idez subijcit ī p̄missa ⁊ conclusione supplēda ē maior. minor. n. extremitas subijcitur in conclusione. verbi gratia. oīs hō currit. ergo oīs hō mouet: ibi hō subijcit ī p̄missa ⁊ conclusiōe: ideo supplēda ē maior extremitas sic dicendo. Omne illud qd̄ currit mouet: sed oīs hō currit: ergo oīs hō mouet. Exēplū est qñ ꝑ vnum ꝑticulare ꝓbat aliud ꝑliculare propter aliqd̄ simile repertum ī ip̄is: vt pictauiēses cōtra lemonicēses pugnare maluz ē: ergo andegauēses cōtra manetēses pugnare malū est. Utrobiqz enim ē pugnare affines contra affines. Reducitur autem exemplum ad syllogismum per duos syllogismos: quorum primus potest esse talis. Pictauienses contra lemonicenses pugnare malum est: sed pictauiēses ⁊ lemonicenses sunt affines: ergo affines: contra affines pugnare malum ē. Deide ex hac ꝯclusiōe fiat maior secundi syllogismi sic arguendo. Affines contra affines pugnare malum est. sed andegauenses ⁊ manetēses sunt affines. g⁹ andegauenses cōtra manetenses pugnare malum est.

Quia autem argumentum ꝑ locum confirmatur ideo dāda est diffinitio loci ꝓut locus hic sumitur. Locus ē sedes argumenti: vel id a quo ad ꝓpositam questionem conueniēs trahitur argumentū. quid aūt sit q̄stio dictum est. Et sciendū ꝙ propositio questio conclusio ⁊ enunciatio secunduz substantiam idem sunt. Differūt autem secundum rationes. diuersas enim habent rationes siue diffinitiones. vt prius patuit. secundū enim ꝙ dubitabilis est: est questio. prout vero iam probata est per argumentum est conclusio prout ponitur pro alio in premissis est ꝓpositio quia ꝓpositio dicitur secundum ꝙ est ī premissis ad probādum cōclusionem. Enūciatio autem est secundum ꝙ significat eē vel non esse: vt sortes currit sortes non currit.

¶ Quia argumentuz cōfirmat ꝑ locuz. ideo ꝯñr auc. diffinit locū di. ꝙ locus ē sedes argumenti: vel illud a quo cōueniēs elicitur argumentuz ad propositā cōclusionem. ¶ Circa qd̄ notanduz ꝙ locus non sumit hic proprie sed trāsumptiue seu similitudinarie. Locus. n. in proposito sumitur pro propositiōe per se nota q̄ dicitur maxima: vel pro terminis ex quibus componitur que dicuntur differentia maxime: vt statiz videbitur. Utrūqz autem dicitur locus per similitudinem ad locum naturalem. Locus enim naturalis duplicem habet virtutem. Habet nanqz vim conseruatiuam seu fortificatiuam locati. Habet etiam vim generatiuam ipsius: vt dictum fuit capitulo de genere. vtranqz virtutez respectu argumēti habet maxima: vel quando ipsi termini ex qbus cōponitur quo ad primam virtutez. Locus dyalecticus dicit sedes argumēti: sic. n. sedēs ī loco nāli fortificat ⁊ qescit: sic ex hītudie terminoꝝ ⁊

ꝓpositione ꝑ se nota ipsam explicāte con firmatur virtus illatiua ⁊ ꝓbatiua argumenti: sic ꝙ itellectus q prius dubitabat de cōclusiōe ꝓbata ꝑ argumētū pōt gescere quātū vero ad secundam virtutez ponit ī diffinitione loci ꝙ est illud a quo conueniens elicit argumentū. sicut enim res naturalis ī suo loco generatur: sic ex habitudine terminorū ⁊ ꝓpositione ꝑ se nota virtus argumēti ad cōclusionē ꝓpositā elicit ⁊ extrahit. Hec āt secūda pars diffinitionis magis appropriat ipsis terminis. prima vero ipsi maxie. Et habitudine. n. terminorū elicit virtus illatiua argumenti que cōfirmat per maximam. verbi gratia arguendo sic. hō currit. ergo aīal currit. Si querat vñ locus. Respondet a spē ad genus. Ex habitudine enim speciei ad gen⁹ orit talis illatio: tñ ibi nō est status: qꝛ ad hec pōt dubitari que ē illa habitudo. Et iō querit vlteri⁹ maxima. i. dicas mihi ꝓpositionē per se notā explicatiuā talis habitudinis. Et tūc respondet. Quicquid predicatur ꝺ specie ⁊ genere: ⁊ sic explicite confirmatur argumentum.

Habito de diffinitione loci seqtur diuisio ipsius loci. Locus āt diuiditur ī locum maximam ⁊ ī locum differentiā maxime. Locus maxima idem ē ꝙ ipsa maxīa. Maxīa est ꝓpopositio qua non est altera prior neqꝫ notior. vt omne totuꝫ maius ē sua ꝯarte. Itez ꝺ quocūqꝫ ꝑdicatur diffinitio ⁊ diffinitū. ⁊ de quocūqꝫ predicatur species de eodē predicatur genus. Locus differentia maxīe est illud quo vna maxīa differt ab alia. vt iste maxime de quocūqꝫ predicatur species ⁊ genus. ⁊ de quocūqꝫ predicatur diffinitio ⁊ diffinitum: differūt per termīos ex quibus cōponuntur. Una enim componit ex genere et specie. Altera ex diffinitione et diffinito. vñ isti termini simplices dicūtur differentie maxime. Et sciendu ꝙ taꝫ locus maxima q̄ꝫ locus differentia maxime dicitur locus. quia vtrūqꝫ confert firmitatē et robur argumento. Unde proportiōabiliter sumitur hic locus ad locū ī rebus naturalib⁹. quia sicut ille seruat res omnes ī esse: sic similiter hic locus confirmat argumentum.

¶ Insuꝑ diuidit auc. locū ī locum maximā: ⁊ locuꝫ differentiā maxime. Locus maxima est idem ꝙ ipsa maxima: ⁊ est ibi appositiua locutio: vt si dicat aīal hō idem est qꝺ hō. Unde maxima nō tenetur ibi adiectiue sed substantiue. Est aūt maxima ꝓpositio qua nō ē altera prior siue notio:: qꝛ. s. cognoscit cognitis terminis. iō non īdiget vlteriori ꝓbatiōe: dum tñ termini cognoscant: vt de quocūqꝫ ꝑdicat species ⁊ genus: de quocūqꝫ predicat diffinitio ⁊ diffinitum. Locus differētia maxime ē illud quo differt vna maxima ab altera: vt iste due maxime. De quocūqꝫ predicat diffinitio ⁊ diffinituꝫ. ⁊ de quocūqꝫ ꝑdicat spēs ⁊ genus differūt ꝑ terminos ex qbus componūtur qꝛ vna cōponit ex genere ⁊ specie: alia ex diffinitione ⁊ diffinito. Unde isti termini dñr differentie maxīe īquātū faciūt vnā maximā differre ab alia. Dicunt ēt loci inquantū ex ipsis elicit arg^m ¶ Sed

ꝫ p̄dicta arguit sic. Locus dr̄ia maxie ē pars loci maxie. ergo mēbra diuisiōis coincidūt. Itē videt ꝙ diffinitio maxie nō sit bene assignata: qꝛ ista oē totū ē maius sua pte ē q̄dā maxima: ⁊ tñ alia ē notior ipsa. s. illa. De quolibet dicit eē vel non esse: ⁊ de nullo ambo simul qꝛ illud primū p̄ricipiū est notissimum ex. iiij. metaphysice. ¶ Respōdeo ad primuꝫ ꝙ locus differentia maxie pōt accipi duplicitер. vno mō materialiter pro ipsis terminis: ⁊ sic bñ est pars maxie. alio mō formaliter ꝑ habitudine hmōi terminorū: ⁊ sic nō est pars eius: sed differunt ad inuicē sicut explicans ⁊ explicatū. maxima enim est explicatiua huiꝰ habitudinis.

¶ Ad scdm pōt dici ꝙ lꝫ illa ꝓpositio: ꝺ quolibet esse ⁊c. sit notior illa. oē totū est maiꝰ sua pte. qꝛ. s. est de termino simpliciter p̄rio ad quē stat resolutō oīum terminoruꝫ. s. de ente: tñ nulla est notior ipa i suo genere seu ex eisdē terminis. cuꝫ ex talibus terminis nulla sit imediatior ipa.

¶ Circa p̄dicta notandū ꝙ p̄ricipia sunt in duplici differentia. Quedā sunt simpliciter p̄ria idemonstrabilia a priori: vt oē totum est maius sua parte. Si ab equalibus equalia demas q̄ remanent sunt eq̄lia ⁊ hmōi q̄ dicunt maxime. qꝛ sūt maxime certificatiōis ⁊ veritatis ad ꝯclusiones iferendas. Dicunt ēt dignitates qꝛ dignū est assentire ipsis dicunt ēt cōes ai cōceptiōes qꝛ ab oībus cōcipientibꝰ terminos eoruꝫ veritas agnoscit. Dicunt ēt propositiones immediate qꝛ nō idigēt ꝓbari ꝑ aliud p̄riꝰ se. Et talia sunt p̄ricipia cōia. qꝛ sunt de terminis cōibꝰ sicut equale ⁊ inequale cōueniunt numero ⁊ magnitudini: ⁊ talia cōsiderat metaphysica q̄ est scientia cōis ⁊ ꝑ illa hꝫ stabilire principia specialia aliarū sciarum si opus sit. Alia āt sunt p̄ricipia que sunt propria p̄ricipia particulariū sciarū q̄lꝫ possint dici dignitates non tñ ita ꝓprie. Sunt āt illa ꝓpria p̄ricipia in aliq̄ scia q̄ supponunt i ipsa scientia ⁊ constituunt ex terminis ꝓprijs ipsius scie cuius diffinitiones proprie sunt specialiū terminorum i scientia vtente illis terminis: sicut i geometria: rectū dicit cuius mediū nō exit extrema ⁊ ex hmōi p̄ricipijs procedit demonstratō p̄rio posterioruꝫ. Principijs āt cōibus in sua cōitate manentibus nō vtunt sciētie spāles: sed bñ vtunt ipsis appropriatis ⁊ applicatis ad suū genus scibile: vt principio. Si ab equalibus equalia demas que remanent sunt equalia. Utitur geometer applicādo illō ad magnitudies, sic Si ab equalibus magnitudinibus equales magnitudies demas residue erunt equales. Arismetricus autē applicando ipsum ad numeros. Uocat āt Ari. principia scientiarū positiōes que ponūt tanq̄ vera. ¶ Diuidit vero positio i suppositionē petitionē ⁊ diffinitionē: ⁊ conueniūt i hoc suppositio ⁊ petitō: qꝛ si sint demōstrabilia non tñ i illa scia i qua supponuntur vel petunt: sed differunt ad inuicem qꝛ si propositio q̄ accipitur vt p̄missa ad aliqd demonstrādum sit ꝓbabilis addiscenti siue videat sibi vera tunc dicit suppositio non simpliciter: sed ad aliquem. Sed si esset penitus idemonstrabilis esset suppositio simpliciter. Si vero addiscens cui fit demōstratio neqꝫ fuerit eiusdem opiniōis neqꝫ contrarie: sic ꝙ eam neqꝫ cōcedat neqꝫ neget dicitur petitio. Diffinitio āt differt a suppositiōe ⁊ petitione: qꝛ oīs suppositio vel petitio ē propositio. Diffinitio āt nō: sed solum simplici itellectu apprehēdit. Unde dicit Ari. ꝙ nō dicit esse vel nō esse qd est itelligēduꝫ nō de essentia rei q̄ ꝑ diffinitionē explicatur: sed de esse qd cōsistit i compositione predicati cum subiecto. cum tamē assumitur i ꝓpōne ⁊ predicatur de diffinito: tunc talis ꝓpō est suppositio ⁊ ē medium i demonstratione ꝑꝑ qd ⁊ potissima. ¶ Quia vero scia subalternata accipit principia sua à subalternante scientia de ipsa est aliquid dicendū. ¶ Circa qd est notandum ꝙ ad hoc ꝙ vna scia sub

69

alternetur alteri tres conditionea requiruntur. Primo.n.requritur ꝙ subiectuꝫ sciētie subalternate sit sub subiecto sciētie subalternātis: sicut musica que est de numero sonoro sicut de ꝓportionib⁹ numeralibus applicatis ad sonos subalternat̄ arismetrice: que est de numero sumpto simpliciter. secunda ꝙ subiectū eius addat differentiam accidentalē ad subiectū subalternātis: sicut sonus est differentia accidentalis addita numero. tertia ꝙ sciētia subalternata accipiat p̄ricipia sua a sciētia subalternante. ¶ Notanduꝫ insuper ꝙ respectu oīs cōclusionis demōstrationis opꝫ ponere principia p̄ma idemonstrabilia al's in īfinitum ꝓcederetur. Est autē magis assentiendū p̄ncipijs q̄ꝫ conclusioni. qđ ꝓbat Ari. p̄mo posterioꝝ: qꝛ ꝑꝑ qđ vnū quodqꝫ tale ⁊ illud magis. que auctoritas qꝛ sepe allegatur in phylosophia ⁊ theologia est aliqualiter declarāda. Et sic pōt intelligi. Illud est magis tale ꝓpter quod vnūquodqꝫ est tale. vt qꝛ conclusio est euidens ex p̄ncipio ideo p̄ncipiū est magis euidens: vnde illi magis est credendū. Ad veritatē autez illius ꝓpositionis oportet ꝙ illud p̄dicatū qđ cōuenit alicui per aliquaꝫ causam conueniat etiā illi cause. Et ideo nō sequitur. Ista inferiora sunt generabilia ⁊ corruptibilia ꝑꝑ supiora g⁹ supiora sunt magis generabilia qꝛ talia p̄dicata nō cōueniunt superioribus. Itez requiritur ꝙ illud quod est causa talis causati sit causa p̄cisa talis p̄dicati. Unde non seqtur: domus ē solida ꝑꝑ domificatorē: ergo domificator est magis solidus. Firmitas.n. nō inest domui p̄cise a domificatore sed a soliditate suarū partium. Itē non tenet in causis accidentaliter ordinatis. vnde nō sequit̄. Sor. est hō ꝓpter platonē. ergo plato est magis homo. Dicuntur autem cause accidentaliter ordinate quādo vna dependet ab alia in essendo sed non in causando: vt filius lꝫ habeat esse a patre potest tamē generare patre mortuo. In causis vero essentialiter ordinatis est dependentia ⁊ in esse ⁊ in causare: vt deus sol: ⁊ hō generat hominez. Inferior enim causat in virtute supioris qđ est intelligendū ꝟm Sco.i. di.iiij.sen.q.i. Nō qꝛ causa secunda in suo ordine agat virtute propria. Nō.n.accipit nouam influētiam: sed dicitur agere in virtute alterius qꝛ virtus agentis dependentis nō sufficit sine virtute illa a qua dependet.

Item locus differētia maxime diuiditur ꝑ locū intrinsecū extrinsecū ⁊ mediū. Locus intrinsecus est qñ sumiter argumētuꝫ ab his que sunt de substātia rei. vt in diffinitiōe. vt si dicatur aīal ratiōale mortale currit. ergo hō currit. Loc⁹ extrīsecus ē qñ sumitur argumētuꝫ ab his q̄ omnino separata sunt a substātia rei. vt ab oppositis. vt si queratur vtrū sortes est alb⁹: ⁊ ꝓbet̄ sortes nō ē niger: ergo sortes est albus. Locus medius ē quādo sumitur argumētū ab his que partim conueniunt cū terminis in qōne positis ⁊ partim differunt ab eis. sicut vniuoca ⁊ denominatiua que dicūtur cōiugata. vt si queratur vtrum iustitia sit bona ⁊ probetur sic iustuꝫ est bonum: ergo iustitia est bona. ¶ Postq̄ꝫ auc. diffinit locū. hic cōsequēter diuidit locū differentiā maxime ꝑ locū intrinsecū ⁊ extrinsecū ⁊ mediū. Locus intrinsecus est qñ sumit̄ argumētuꝫ ab his q̄ sunt de substātia terminoruꝫ in

qõne positorũ. Ubi sciendũ ꝙ in omni argumẽto est conclusio que fuit questio anteq̃ cõcluderet. ideo dicitur ꝙ argumentũ facit fidem de re dubitatiua. i. de cõclusione que prius erat questio ⁊ dubitabilis. Locus ergo intrinsecus est qñ sumitur argumẽtum ab his que sunt de substantia terminorũ in qõne positorũ: hoc est qñ termin⁹ inferẽs est ita de eẽntia termini illati: ꝙ vnus includit aliũ ali quo mõ essendi in: vt ꝓposita illa qõne vtrũ sortes sit aĩal arguitur sic. sortes est hõ: ergo sor. est aĩal. ly aĩal qui est terminus illatus icluditur in termino iferente. Locus autẽ extrinsecus est qñ illi termini sic se habent ꝙ vnus nõ icludit alium sed est extra rõnẽ eius: vt si arguit sor. ẽ alb⁹: ergo nõ est niger. Ratio. n. huius termini albus est extra rõnẽ hui⁹ termini niger. Locus vero medi⁹ est quando hmõi termini sic se habẽt: ꝙ ptim conueniunt: ⁊ partim differũt: vt cõcretum ⁊ abstractum que dicuntur cõiugata: conueniunt. n. in significato ⁊ differunt ĩ mõ significãdi: vt iustũ ⁊ iustitia. Iustitia. n. significat illã qualitatẽ in se ꝯsideratã. Iustũ vero significat hmõi qualitatẽ cõcernẽdo subiectũ cui inest. Ex predictis pz ꝙ diuisio loci differentie maxime est bñ assignata. Ut. n. prius dicebat locus differẽtia maxime est formaliter habitudo termini ad terminũ vt cõfirmans argumentũ. Distinctio autẽ itentionũ dz dari ꝑz distictionẽ fundamẽtoꝝ. Sic distinguunt tres mõi relatiuoꝝ. v. metaphy. Hic ergo distinguunt loci ꝑm varietatẽ terminoꝝ ĩ qb⁹ fundat. Si q̃rat sq̃re ñ ponit diuisio loci maxie sic dr̃ie maxie Rñdeo ꝙ habita diuisiõe dr̃ie loci maxime hr̃ diuisio loci maxie: Scdm. n. varietatẽ terminorũ est variatio maximaꝝ explicãtiuz hmõi terminorũ hitudines.

Itẽ locus intrinsecus diuiditur ꝑ locũ a sba ⁊ ꝑ locũ a cõcomitãtib⁹ sbam. Locus a sba ẽ qñ sumit argumẽtũ ab his q̃ sunt de substantia terminorũ in questione positorum. Et ille locus diuiditur per locum a diffinitione a descriptione ⁊ a noĩs interp̃tatione. Diffinitio est oro idicans quid est esse rei per essentialia. Locus a diffinitione est habitudo diffinitionis ad diffinitum. ⁊ continet quatuor argumẽta ⁊ quatuor maximas. Prio subiiciẽdo diffinitionẽ affirmatiue. vt animal rationale currit: ergo homo currit. Maxia. Quicquid predicatur de diffinitione ⁊ de diffinito. Secũdo modo predicando diffinitionem affirmatiue vt sor. ẽ animal rationale mortale: ergo sor. est homo. Maxia. De quocũqz predicatur diffinitio, ⁊ diffinitum. Tertio subiiciendo diffitionẽ negatiue. vt aĩal rationale mortale non currit: ergo hõ non currit. Maxima. Quicqd remouetur de diffinitione: ẽt remouetur de diffinito. Quarto predicando diffinitionem negatiue: vt lapis non est animal rõnale mortale. ergo lapis nõ ẽ hõ. Maxima. A quocunqz remouetur diffinitio ⁊ diffinitum. Locus a diffinito

70

est habitudo ipsius ad suā diffinitionē. ⁊ cōtinet quatuor argumēta et quatuor maximas sicut locus a diffinitione. Primo subiiciendo diffinitum affirmatiue: vt hō currit: ergo aial rōale mortale currit. Maxima. Quicquid predicatur de diffinito et etiā de diffinitione Secūdo predicādo diffinituz affirmatiue: vt sor. est hō: ergo sortes est aial ratiōale mortale. Maxima. De quocūqz p̄dicatur diffinituz et diffinitio. Tertio subiiciendo diffinituz negatiue. vt homo non currit ergo aial rōnale mortale non currit. Maxima. Quicquid remouetur a diffinito ⁊ etiaz diffinitione. Quarto p̄dicando diffinitum negatiue. vt lapis nō est hō: ergo lapis nō est animal rōnale mortale. Maxia. A quocūqz remouetur diffinitū et etiā diffinitio. Et sciendū q̄ locus semp oz denominari a termino iferente et non ab illato. vt quādo diffinitio est isere̅s est locus a diffinitiōe. Ñ vero diffinitum est isereus est locus a diffinito.

¶ Deinde diuidit auc. locum intrinsecū in locum a substantia ⁊ cōcomitantibus substantia. Locus a substantia est quando sumit argumētū a substātia termino rum in qōne positorum: qñ vz terminus iferens ⁊ illatus sic se habent q̄ vnus illorum dicit totam essentiā alterius conuertibiliter: vnde substantia in ꝓposito nō sumit p̄ p̄dicamēto substātie sz p̄ essentia rei. In alijs vero p̄dicamētis reperiunt hmōi loci sicut in predicamēto substātie. Lz aūt videat hec diffinitio eē ead̄ cū diffinitione loci intrinseci: tñ differūt q: in loco a substātia argumentum sumit ab essentia terminorū conuertibiliter: nō in diffinitione loci intrinseci. Sz ibi sufficit q̄ vnus illorū dicat aliquid inclusum in essentia alterius aliquo mō essendi in. vnde illa diffinitio cōuenit non solū loco a substātia: sed etiā loco a cōcomitātibus substātiā qui est quādo sumitur argumētum ab his que cōsequunt terminos in qōne positos: q; videlicet essentia vni⁹ cōsegtur essentiā alterius: ⁊ vn⁹ illorū aliquo mō includit in alio: vel sicut pars in suo toto vel ecōtra: vel sicut forma in materia aut res in suo fine: ⁊ sic ō alijs. vn⁹ tñ nō includit cōuertibiliter totā essentiā alterius. ¶ Diuidit aūt locus a substātia per locū a diffinitione a descriptione ⁊ nois interpretatione. Diffinitio ē oratio idicās quid est esse rei. Circa qō sciēdū q̄ hic sumit diffinitio nō p̄ diffinitione causali q̄ dat p̄ causas extrinsecas seu p̄ descriptione vel diffinitione quid nois: sed p̄ diffinitione ḡdditatiua que explicat essentiā rei per p̄incipia essentialia ⁊ intrinseca diffiniti. s. p̄ gen⁹ ⁊ differētiā que se habent in materia ⁊ forma: vt declaratuz fuit in predicabilibus. ¶ Locus a diffinitione est habitudo diffinitionis ad diffinitū: que quidē est habitudo idētitatis. s. cōuertibilitatis ipsorū adinuicē. Ex quo ꝓuenit q̄ qcḡd affirmat vel negat de vno etiā affirmat vel negat ō alio. ⁊ de quocūqz verificat vnum verificatur ⁊ reliquū. Et cōtinet iste locus quatuor argumēta ⁊ quatuor maximas ꝓmo subiiciēdo diffinitionē affirmatiue. vt oē aial risibile currit ergo ois hō cur/

rit vnde locus. a diffinitione. Maxima. Quicqd p̄dicat̄ de diffinitione ⁊ de diffinito. secūdo p̄dicādo diffinitionē affirmatiue: vt sor. est aīal rationale ergo sor. est hō. vnde locus a diffinitione. Maxima. De quocūqz p̄dicat̄ diffinitio ⁊ diffinitū. tertio subijciendo eā negatiue: vt aīal rationale nō currit. ergo hō non currit. vñ locus a diffinitione. Maxia. Quicquid remouet̄ a diffinitione ⁊ a diffinito. iiij. p̄dicando eam negatiue: vt lapis nō ē aīal rōnale. ergo lapis non ē hō. vñ locus a diffinitione. Maxima. A quocūqz remouet̄ diffinitio ⁊ diffinitū. Eodē mō p̄t argui a diffinito ad diffinitionē. s. subijciēdo ⁊ predicando diffinitū affirmatiue ⁊ negatiue: vt oīs hō currit. ergo oē aīal rōnale currit. vñ locus a diffinito. Maxia. Quicqd p̄dicat̄ de diffinito ⁊ de diffinitione. Et sic de alijs modis premittendo diffinitū ⁊ cōcludendo diffinitionē. vnde tunc ē locus a diffinito qñ diffinitū infert ⁊ concludit diffinitionem ⁊ tunc ē locus a diffinitiōe qñ diffinitio īfert diffinitum. locus. n. denoīat̄ ab īferēte ⁊ ñ ab illato: eo ꝙ virt⁹ approbatiua ꝯtinētis ē in termino inferente. s. in medio ⁊ non in termino illato. ¶ Et notandū ꝙ locus nō denoīat̄ a termino īferente absolute sumpto: cuz logicus nō sit artifex realis: sed denoīat̄ a termino ꝓut stat sub aliqua ītentiōe logicali. s. diffinitio generis ⁊ speciei: ⁊ sic de alijs: vt si arguit̄ hō currit. ergo aīal currit: non denoīatur locus ab hoīe: vt ē res absolute sūpta: sed a specie. i. ab hoīe vt stat sub illa ītentione q̄ ē spēs. ¶ Itez notandū ꝙ ī hmōi argumentis termini debent accipi ꝑsonaliter: alias consequētie nō valerent: ⁊ iō nō sequit̄: aīal rōnale est oratio. ergo hō est oratio: qꝛ termini sumunt̄ materialiter. Itē nō sequitur hō est spēs: ergo aīal rationale est spēs: qꝛ ly hō supponit simpliciter. Itē iste cōsequentie tenent ī ꝓpositionib⁹ de iesse. In illis. n. modalibus que quibusdā dicunt̄ modales ñ semꝑ tenet talis illatio. Unde nō seqtur: sor. scitur esse hō. ergo scit̄ esse aīal rōnale. Itē nō sequit̄: demōstrabile est hoīem esse risibilē. ergo dmōstrabile est aīal rōnale esse risibile. Passio. n. q̄ demonstrat̄ de diffinito ē per se nota de diffinitiōe: vt dicit Sco. ij. di. primi. sen. q. ij. ¶ Itē notandū ꝑm eundez doctorē vbi supra. ꝙ conceptus quiditatis prius naturaliter cognoscitur confuse vt. s. īportatur ꝑ nomen q̄z cognoscat̄ distincte: vt īportatur ꝑ diffinitionē: lz ergo eadē res īportet̄ ꝑ diffinitionē ⁊ diffinitū nō tñ eodē modo. Designat̄. n. ꝑ diffinitū cōfuse ⁊ īplicite: ⁊ ꝑ diffinitionē distincte ⁊ explicite. Ex quo pz ꝙ aliqua p̄dicata sunt notiora de diffinitiōe cuiusmodi sunt predicata ꝑ se: vt proprie passiones cuz oriant̄ a pricipijs ītrinsecis subiectiq̄ue explicant̄ ꝑ diffinitionē. Aliq̄ vero sūt notiora de diffinito cuiusmodi sūt accidentia cōia que prius īsunt īferiorib⁹ cum īferiora sint materialia respectu superiorum: ⁊ ꝑ prius cognoscuntur cōfuse q̄z ipsa superiora. Quando ergo predicata sunt notiora de diffinitione q̄z de diffinito bene procedit̄ arguendo a diffinitione ad diffinitū. Si vero ī talibus predicatis procedatur a diffinito ad diffinitionem erit petitio principij qꝛ probatur ignotū per ignotius. Quando autez predicata sunt notiora de diffinito q̄z de diffinitione tunc bene proceditur arguendo a diffinito ad diffinitionē. Si vero ī talib⁹ p̄dicatis proceditur arguendo a diffinitione ad diffinitum erit petitio pricipij. In istis autem consequentijs est argumētū demonstratiuū qñ antecedens est euidēter notum: vt omne aīal rōnale est risibile. ergo oīs hō est risibilis. ¶ Sed contra predicta arguit̄: qꝛ si predicta sint vera auctor cōmittit petitionez pricipij. Arguit. n. sic aīal rōnale currit. ergo hō currit. ⁊ tamen predicatuz est notius de diffinito q̄z de diffinitione. Ad hoc potest dupliciter respōderi. primo ꝙ auctor sic arguit gratia exempli. Exempla autē po

71

nuntur non vt vera sint: sed non sentiant qui addiscunt. secundo pōt dici q̄ in locis dialecticis nō semp oportet procedere a notioribus simpliciter sed a notioribus in ordine ad respondentem. Unde licet antecedens nō sit notius simpliciter q̄ consequens si tamen sit notius respectu respondentis erit locus dyalecticus ⁊ non petitio principij.

De descriptione.

Descriptio est oratio significās eē rei per accidentalia. vt aial risibile est ōscriptio hominis. vel sic. Descriptio ē oratio constans ex genere ⁊ proprio. vt aial risibile. Locus a ōscriptione est habitudo descriptionis ad descriptū. ⁊ continet q̄tuor argumenta ⁊ quatuor maximas sicut locꝰ a diffinitione. ⁊ formantur hic eodem modo arguméta ⁊ maxime sicut ibi. nisi q̄ ibi ponitur diffinitio ⁊ diffinitum: hic vero descriptio ⁊ descriptuz. Interpretatio est duplex: quedā enim est que non conuertitur cū interpretato suo: vt ledens pedem est interpretatio huius nominis lapis. Alia est que conuertitur cum interpretato suo: vt amator sapientie est interpretatio huius nominis philosophus: ⁊ hoc modo sumitur hic. ⁊ diffinitur sic.

Deinde determinat auc. qd sit descriptio dicens q̄ oratio significans quid est esse rei per accidētalia. Circa q̄ notādū q̄ p. ꝺ differūt diffinitio ⁊ descriptio: q: diffō exprimit qd rei per essentialia: descriptio vero per accidentalia que nō soluz fit per accidentia ꝓpria que oriuntur a p̄ncipijs spēi: sed ēt p accidentia cōmunia que fluunt a principijs individui. Per ipsa. n. cognoscimus rei essentiam: q: 9m Arist. in libro de anima. Accidentia maximaz partem cōferūt ad cognoscēdū q̄ qd est. diffinitio etiā causalis q̄ dat p causas extrinsecas pōt dici ōscriptio. hmōi. n. cause sūt accidentales causato cū non sint de eius essentia. per accidentalia igit̄ datur descriptio que faciunt vnū cōuertibile cuz descripto inquantū vnū cōtrahit ⁊ restrigit alterū: vt si dicat. hō est animal mansuetū a natura gressibile bipes a deo formatū de limo terre ordinatū ad beatitudinē eternā. Descriptio etiā est oratio cōstās ex genere ⁊ ꝓprio: vt aial risibile est descriptio bois. Per ꝓpias nāqz passiones sepe circūloquimur rerū differētias nobis ignotas. De loco aūt a descriptione ad descriptū ⁊ ecōuerso est dicendū sicut de loco a diffinitione ad diffinitū formādo argumenta ⁊ maximas eodē modo ponendo descriptionem loco diffinitionis ⁊ descriptū loco diffiniti.

Interpretatio ē expositio vnius nominis minus noti p aliud nomen magis notum. vel p integrā orationem. Locus a nominis interpretatione est habitudo interpretationis ad interpretatum. Et continet tot argumenta ⁊ tot maximas sicut locus a diffinitione. Primo subiiciendo inter-

pretationem affirmatiue . vt amator sapientie currit . ergo philosophus currit . Maxima. Quicquid predicatur de interpretatione ꝛ de interpretato. vel sit a parte predicati . vt sortes est amator sapientie: ergo ē philosophus Maxima. De quocunqꝫ predicatur interpretatio ꝛ interpretatum. Negatiue sic a parte subiecti. vt amator sapientie non currit ergo philosophus non currit. Maxima . Quicquid remouetur ab interpretatione ꝛ etiaꝫ ab interpretato. A parte predicati sic . sortes non est amator sapientie : ergo non est philosophus. Maxima. A quocunqꝫ remouetur interpretatio ꝛ etiam interpretatum. Et eodem modo intelligitur de interpretato sicut de diffinito.

Cõmuniter accidentia sunt duplicia. Quedam enim sunt que aliquando se consequuntur ⁊ aliquãdo nõ: vt comtus ⁊ adulter. ⁊ ab his non sumi-

tur locus dyalectic⁹: sz sophisticus. Alia sunt quorũ vnum semp sequitur ad aliud. vt penitere sequitur ad deliquisse. ⁊ ab his sumitur locus dyalecticus. Et tenet cõstructiue ⁊ destructiue. Constructiue sic iste penitet: ergo deliquit. Maxima. Si communiter accidentium posterius inest ⁊ primum insuit. Destructiue sic. Iste nõ deliquit: ergo non penitet. Maxima. Si communiter accidentium prius non inest: ⁊ posterius non inerit.

¶ Deinde tractat auctor de loco a communiter accidentibus. Talia vero sunt duplicia sicut patet in textu. ¶ Contra hoc arguit dupliciter. primo sic. christ⁹ non delinquit ⁊ tamẽ penituit cuz peccata nostra in corpore suo portauit super lignum. Penitere enim est penam tenere. ergo in his non valet argumentum negatiue. Item deum penituit hominem fecisse: vt habetur in libro. Gen. ⁊ tamen deus non delinquit. ergo in his non valet argumentum a posteriori affirmatiue. ¶ Respondeo ad argumenta. Ad p̃mũ dico q̃ lz christus penã peccatorum nostrorum portauerit: non tamen penituit proprie loquendo. Penitentia. n. proprie est dolor voluntarie assumptus pro peccato a se commisso. Dicitur tamen aliquis penitentiam agere p delicto alteri⁹ extenso nomine penitentie. ¶ Ad secundum dico q̃ ibi est locutio metaphorica. Dicimus enim deum penituisse: qr admoduz penitentis se habuit delendo opus quod fecerat.

De locis extrinsecis.

Sequitur d̃ locis extrinsecis. Quid aũt sit locus extrĩsecus dictuz est prius. Locorum autẽ extrinsecorum alius est ab oppositis. ali⁹ a maiori. alius a minori. alius a simili. alius a ꝓportione. ali⁹ a trãsumptione. alius ab auctoritate. Item oppositorũ quatuor sunt spẽs. s. relatio. cõtrarietas. priuatio ⁊ contradictõ Relatiue opposita sunt quorum alterũ sine altero non potest esse. Locus a relatiuis est habitudo vnius relatiuoꝝ ad aliud. ⁊ est constructiuus ⁊ destructiu⁹. Cõstructiu⁹ sic. pater est: ergo filius est. ⁊ filius est: ergo pater est. Maxima. Posito vno relatiuorũ necessario ponitur ⁊ reliquum. Destructiue sic. Patet non est. ergo filius non est ⁊ ecõuerso. Maxima. Remoto vno relatiuorum remouetur ⁊ reliquũ. Locus vero a relatiue oppositis tenet solũ destructiue sic. sortes ẽ pater platonis. ergo non est filius eius.

Postq̃ auc. deteriauit i p̃cedẽtib⁹ de locis intrinsecis. hic consequenter determinat de locis extrinsecis. Est autẽ locus extrĩsecus qñ termin⁹ iferẽs est extra essentiã termi illati

Et diuidit ꝑ locū ab oppositis a maiori: a minori: a filī: a ꝓportiõe: a trãſũptiõe: ab auctoritate. Locus ab oppositis ẽ habitudo vnius oppositorū ad reliquū. Et diuidit ſz quatuor ſpẽs oppoſitionis. ſ. oppoſitionẽ relatiuã cõtrariã priuatiuaz ⁊ cõtradictoriã: de quib⁹ nota ea que dicta ſunt i poſt predicamẽtis. ¶ Circa relatiue oppoſita ſciendũ ꝙ alius eſt locus a relatiuis ali⁹ a relatiue oppoſitis. Loc⁹ a relatiuis attendit ſm habitudinez correlatiuoz adinuicẽ: q: vz poſita ſe ponũt ⁊ peꝛempta ſe perimũt: vt dictũ eſt in predicamẽto ad aliqd vt ſi pater eſt filī⁹ eſt. Si pater nõ eſt filius nõ eſt: ⁊ econuerſo. Locus vero a relatiue oppoſitis attẽditur ſm repugnantiã quã habent ad eſſe in eodẽ reſpectu eiuſdẽ: vt ſi ſoz. eſt pater platonis ſequit ꝙ non eſt filius eius. Maxima. ¶Poſito vno relatiue oppoſitorum in vno ſubiecto ab eodẽ remouetur reliquus. Unde relatiue oppoſita ſe excludũt mutuo reſpectu eiuſdẽ. ¶ Sz ꝓtra predicta arguit ſic. antecedẽs: ⁊ cõſequens ſunt relatiua iter ſe cũ in oi loco ſit habitudo termini iferentis ad terminũ illatuz ergo oĩs locus eſt a relatiuis. Nõ ergo dz locus iſte diſtingui ab alijs locis. Itẽ non ſequit ſoz. eſt pater boĩs: ergo nõ eſt filius boĩs. ⁊ tñ arguitur ibi a relatiue oppoſitis. Reſpondeo ad pmũ ꝙ lz i omni loco ſit habitudo termini inferentis ad terminũ illatũ: nõ tamẽ termini ſubſtracti ſunt eſſentialiter relatiui: qõ requiritur ad iſtum locuz. ¶ Ad ſecundũ dico ꝙ ibi non arguitur a relatiue oppoſitis: q: ſoz. non dicit pater ⁊ filius reſpectu eiuſdẽ: ſz reſpectu diuerſoz.

Contrarietas eſt cõtrariorum oppoſitio: vt albi nigri. Cõtrariorum quedam ſunt mediata: vt album ⁊ nigrum. inter que ſunt medii colores. Quedam vero imediata: vt ſanũ ⁊ egrũ circa animal. Locus a contrariis eſt habitudo vnius cõtrariorũ ad reliquum. ⁊ tenet conſtructiue ⁊ deſtructiue. Cõſtructiue ſic. hoc animal eſt ſanum: ergo nõ eſt egrum. Maxima. Poſito vno cõtrariorũ remouetur ⁊ reliquus. Deſtructiue tenet tm̃ in contrariis imediatis cuz cõſtãtia ſubiecti. vt hoc animal non eſt ſanum: ergo eſt egrũ. Maxima. Remoto vno contrariorum ponitur reliquũ ſubiecto manente.

¶ Contrariorum quedam ſunt mediata: ⁊ quedã imediata. Contraria mediata ſunt illa inter que cadit aliqua forma media eiuſdem generis que participat vtrunqz extremuz: vt albũ ⁊ nigruz inter que cadunt rubeũ: viride: croceuz ⁊ alij medij colores. Immediata autez dicuntur illa inter que non cadit mediũ ſm formã. bene tamẽ cadit mediuz ſm ſubiectũ qõ dicitur mediũ per abnegationẽ vtriuſqz: vt ſanum ⁊ egruz: lignum enim nec eſt ſanum nec egrum. Locus a cõtrarijs eſt habitudo vnius cõtrariorũ ad reliquũ ⁊ tenet affirmatiue. ſ. a poſitione vnius ad remotionem alterius tam i cõtrarijs mediatis qz imediatis: vt ſoz. eſt albus: ergo nõ eſt niger. ſoz. eſt ſanus ergo nõ ẽ eger. Maxima. ¶Poſito vno cõtrariorũ in aliquo ſubiecto ab eodẽ remouetur reliquum: quod patet: q: contraria ſunt forme maxime diſtantes que viciſſim inſunt: ⁊ mutuo ſe expellunt: vt patuit in poſt predicamentis. In contrarijs autem imediatis tenet deſtructiue. ſ. a negatione vnius de aliquo ſubiecto ad poſitionem alterius: vt ſoz. nõ eſt ſanus. ergo eſt eger. Maxima. Remo

to vno contrariorum immediatorum ponitur reliquum ad hoc autem duo requiruntur. primo constantia subiecti: quod videlicet sit subiectum sit in rerum natura Et ideo non sequitur. antichristus est sanus. ergo est eger secundo requiritur quod arguatur respectu subiecti determinati: quod videlicet sit aptum natum recipere huiusmodi contraria: et ideo non sequitur. Lignum non est sanum: ergo est egrum. quia lignum non est subiectum aptum natum ad susceptionem sanitatis vel egritudinis. Sed contra predicta arguitur de scuto cuius medietas est alba et medietas nigra: quia non sequitur hoc scutum est album: ergo non est nigrum. ergo locus a contrarijs nõ tenet affirmatiue. Respondeo quod antecedens est falsum: quia tale scutum nec est simpliciter album: nec simpliciter nigrum. sed tm̃ secundum quid.

Que autem sunt priuatiue opposita dictum ẽ prius. Locus a priuatiue oppositis ẽ habitudo priuatiõis ad hitũ: vel habitus ad p̃uationẽ. et tenet cõstructiue vt iste ẽ vidẽs: ergo ñ ẽ cecus: vl' ẽ cec⁹: ergo ñ ẽ vidẽs. Maxia. Posito vno p̃uatiue oppositoꝝ circa aliquod subiectũ: ab eodem remouetur reliquum. Destructiue non tenet nisi cum cõstãtia subiecti: et cum tpe determinato a nã. Catulus enĩ nõ dr̃ vidẽs neq; cecus ante nonũ diẽ. Et puer nõ dicitur edẽtulus ante tp̃s determinatum a natura.

¶ Deinde determinat auc. de priuatiue oppositis quorum vnum dicit negationem alterius in subiecto apto ad talẽ formam. ¶ Circa quod notandum quod duplex est priuatio: quedam perfecta: alia ĩperfecta. Priuatio pfecta siue proprie sumpta est que priuat habitum seu formã et tollit principium proximũ eius vt cecitas que priuat visum et tollit debitam dispositionem oculi ad videndum. De ista itelligit dictum Aristo. in predicamẽtis quod a priuatione in habitum impossibilis est regressus. Alia est priuatio magis large sumpta: quia lz priuet habitum non tamen eius principium corrũpit: vt qes est priuatio motus: et tenebra est priuatio lucis et ignorãtia scientie. Et ab hac bene est possibilis regressus ad habitum seu formam quam priuat. Locus a priuatiue oppositis est habitudo priuationis ad habitum et econuerso: et tenet affirmatiue. s. a positione vnius ad negationem alterius: vt sor. est videns. ergo nõ est cecus. vel est cecus. ergo nõ est videns. Maxima. Posito vno priuatiue oppositorum remouet reliquũ. Negatiue vero non tenet nisi cum constantia subiecti et tempore determinato a natura. Unde non sequitur. Antichristus non est videns: ergo est cecus: quia antichristus nondum est. Item non sequit Catolus ante nonum diem nõ est videns: ergo est cecus: quia non habet tempus determinatum a natura ad videndum. Item non sequit. Lapis non est videns: ergo est cecus: qr cecitas dicit carentiam visus in subiecto apto nato cuiusmodi non est lapis. Non valet etiã argumentum a negatione actus ad positionẽ p̃uationis qñ p̃uatio dicit nõ solũ negationẽ actus: sed etiã corruptionem principij ipsius: et iõ de illo qui dormit vel claudit oculos non sequit: iste non videt actu ergo est cecus.

Contradictio est oppositio cuius scdm se nõ est dare mediũ. Locus a cõtradictorie op

positis est habitudo vnius cõtradictorie oppositorum ad reliquum vt sortem sedere est verũ. ergo sortẽ nõ sedere ẽ falsuz. Maxia. Si vnũ ꝯdictoriorũ est veruz: reliquũ erit falsũ.

¶ Consequenter auc. agit de cõtradictione ipsam diffiniendo sic. Contradictio ẽ oppositio cuius ꝑm se non est dare mediũ. ¶ Circa qđ notandũ ꝙ carere medio aliter cõuenit cõtrarijs imediatis vl' priuatiue oppositis: aliter contradictorijs Cõtraria. n. imediata lz ñ habeãt mediũ ꝑm se siue ꝑm formã habent tñ mediuz ꝑ accidens siue ꝑm subiectũ vt lapis nec est sanus nec eger. Contradictoria vero nullo mõ habẽt mediũ. probat' qꝛ qñ aliqd per se inest alicui eius oppositum sibi non cõuenit nec ꝑ se nec ꝑ accidens. Sz carere medio inest cõtradictioni ꝑ se: vt pz ex eius diffinitione: ergo nullo modo sibi conuenit habere mediũ. Est aũt duplex contradictio. s. ꝓpositionũ terminoruz. ⁊ de prima dictũ est in primo tractatu de secunda vero dictũ est in post ꝑdicamentis. Termin⁹. n. sumpt⁹ cum negatione ⁊ sumptus sine negatione cõtradicũt. vt hõ ⁊ nõ hõ. Unde de quolibet verum est dicere ꝙ est hõ vel nõ hõ. vt ibi fuit declaratũ. Locus a contradictorijs est habitudo vnius cõtradictorij ad reliquũ. ⁊ potest sumi ꝑm vtrãqz cõtradictionẽ. Sed in cõtradictione ꝓpositionũ dz argui respectu horũ ꝑdicatorũ verum ⁊ falsum: vt sor. currere est verum ergo sor. non currere est falsum. Maxia Si vnũ contradictoriorũ ẽ verũ reliquũ est falsum. In cõtradictione vero terminorũ dz argui ab affirmatione vnius ad negationẽ alterius. vt sor. ẽ hõ. ergo sor. non est nõ hõ. ¶ Et notandũ ꝙ Aristo. in tertio thopicorũ ponit duas cõsequentias circa opposita. quarũ vna dicit' consequentia ecõtrario. alia vero cõsequentia ĩ ipso. cõsequentia ecõtrario est qñ ex opposito cõsequentis ĩfert' oppositũ antecedẽtis. vt si ẽ hõ. est aĩal. si non ẽ aĩal. ergo nõ est hõ. cõsequentia ãt ĩ ipso est in qua ex eo ꝙ aliquod ꝑdicatũ affirmat' de aliquo sbiecto oppositũ ꝑdicati affirmat' de opposito subiecti. vt iusticia est virtus. ergo iniusticia ẽ vitiũ. Si. n. oppositũ in opposito ⁊ propositũ ĩ proposito. hoc est si oppositũ vitij ĩsit opposito iniusticie: vitium inerit iniusticie. ¶ Sed cõtra hoc arguit' ⁊ videt' ꝙ inter ꝯtradictoria sit mediũ. qꝛ ibi ẽ cõtradictio media. ergo ⁊c. ¶ Respõdeo ꝙ lz iter cõtradictoria sit cõtradictio vel relatio rõnis media. ⁊ sic sit ibi mediuz ꝑm rationẽ: non tñ ꝑm rẽ. Ipsa ẽt relatio ratiõis nõ sic mediat inter contradictoria qñ de illa dicat' altera ꝑs contradictionis. ⁊ nõ ambe partes simul est enim ens vel non ens.

Sunt autem alia opposita que dicuntur dispata que non sunt opposita secũdum aliqđ genus predicte oppositõnis: sz sunt diuersa vt hõ ⁊ asinus. ⁊ a talib⁹ sumitur sic argumẽtum. sor. est hõ: ergo non ẽ asinus. Maxima. De quocũqz dicitur vnum dispatoꝝ abstractiue: ab illo eodẽ remouetur ⁊ reliquũ. dicitur notãter abstractiue: qꝛ si cõcretiue sumerentur tunc nõ sequeretur: qꝛ nõ seqt' hoc ẽ albũ: ergo non ẽ quantũ: sed bene sequitur hoc ẽ albedo: ergo nõ est quãtitas.

¶ Ulterius determinat auctor de loco a disperatis. Sunt ãt disperata illa que sic habent rationes separatas ꝙ de inuicez nõ possunt verificari. vt hõ ⁊ asin⁹. quã

titas ⁊ albedo: lz aūt talia possent reduci ad aliquā oppositionū p̄dictarū sub nulla tñ earuz ꝑ se: ⁊ formaliter icludūtur. Locus a disperatis est habitudo vnius disperatorum ad reliquum ⁊ tenet affirmatiue. vt sor. est homo. ergo non est asinus. Maxima. De quocūqz dicit̄ vnuz disperatoruz ab eo remouet̄ reliquum. Non tz autem negatiue. non. n. sequitur non est hō ergo est asinus. Accidentia ēt i concreto cum de se inuicez verificēt̄ ñ sunt dispata. vt albū ē quātū: sed bene in abstracto. Albedo. n. ñ est quantitas.

Maius vt hic sumitur ē qđ supraponitur alicui i potētia ⁊ virtute. Minus est quod ei supponitur. Locus a maiori ē habitudo ipsi⁹ maioris ad minus. ⁊ ē semꝑ destructiuus. vt rex nō pōt expugnare castruz ergo nec miles. Maxia. Si id qđ magis vr̄ iesse ñ iest: nec id qđ min⁹ vr̄ iesse ñ ierit. Loc⁹ a minori est habitudo minoris ad maius. ⁊ est semꝑ cōstructiu⁹. vt miles p̄t expugnar̄ castruz: ergo ⁊ rex. Maxima. Si id qđ minus videtur iesse iest: ⁊ id qđ magis videt̄ iesse ierit

¶ Deide determinat auc. de loco a maiori. Est autem maius sicut patet i textu ¶ Sed contra hunc locum arguitur sic. Episcopus non potest ducere vxorem ergo nec rusticus. ⁊ tamē arguitur a maiori ad minus negatiue. ¶ Respondeo ꝙ licet episcopus sit maioris potestatis q̄z rusticus. tamen illud predicatum ducere vxorem non magis videtur inesse epo q̄z rustico. immo sibi repugnat. In hoc āt loco non dz argui a maiori ad minus absolute. sed dz argui respectu p̄dicati qđ magis videt̄ inesse vni q̄z alteri.

Similitudo ē rex dr̄iuz eadē q̄litas. Loc⁹ a simili ē hītudo vni⁹ similiū ⁊ reliquū. ⁊ tz cōstructiue ⁊ destructiue. Cōstructie sic. sic risibile iest hoi: ita hinibile iest equo. sed risibile inest homini vt ꝓpriū. ergo hīnibile iest equo vt ꝓprium. Maxima. De similib⁹ idē est iudiciuz. Destructiue sic. sicut risibile iest homini: ita hīnibile iest equo: sed risibile nō iest homini vt genus: ergo nec hīnibile iest equo vt gen⁹. Maxia. De similib⁹ idē ē iudiciū.

¶ Consequenter determinat auc. de loco a simili. Locus a simili ē habitudo vnius similis ad reliquū. ⁊ tz affirmatiue ⁊ negatiue. Affirmatiue sic. Sicut risibile i est homini ita hīnibile equo. sed risibile ē ꝓprium hois. ergo hinibile equi. Maxima. Si vnū similiuz inest ⁊ reliquuz. vl' de similibus idem est iudicium. Negatiue sic. Sicut risibile est hois ita hīnibile equi. sed risibile nō est accidens hois. ergo nec hīnibile eq. Maxima. Si vnum similiū non inest: nec reliquum. Et dz argui ꝑ hunc locum. de sil'ibus inquantuz sunt sil'ia. ⁊ non inquantū sunt dissimilia. ¶ Sed ꝯtra arguitur sic. In loco dyalectico iferens dz esse notius illato: sz vnuz sil'e non est notius altero ergo locus a simili non est locus dyalecticus. maior est nota. minor ꝓbatur. qa similia sunt relatiua q̄ sunt simul natura. ¶ Respōdeo ꝙ simile pōt capi dupliciter vel formaliter ꝓ relatione similitudinis vel fundamentaliter. primo modo vnum simile nō est noti⁹ altero. qz similia sunt relatiua eqꝑa

rantie. secundo modo vnum est notius i esse alicui subiecto q̃z aliud alteri: sicut notius est risibile in esse hominui q̃z hinibile equo. Et hoc modo sumit̃ locus a simili scilicet pro fundamento quod denomiatur a relatione similitudinis. Primo ãt modo arguendo a simili ꝑm relationem similitudinis est locus a relatiuis. vt sor. ẽ similis platoni: ergo plato est sil̃is sorti.

Proportio est rerum differentiuz eadem habitudo. Locus a proportione est habitudo vnius proportionabilium ad reliquum. vt sicut se habet rector nauis ad nauem: ita se habet rector scolarium ad scolas: sed in naui regenda eligendus est rector non sorte sed arte. ergo in scolis regendis eligẽdus est rector non sorte sed arte. Maxima. De proportõnalibus idẽ est iudicium. Differt autẽ iste locus a loco a simili. qꝛ i loco a simili sumitur comparatio secundum similitudinem inherẽtie. vt sicut risibile inest homini: ita hinnibile inest equo. In loco autem a proportione non attẽditur similitudo inherentie. sed comparatio habitudinis. vt sicut se hz rector nauis ad nauẽ: ita se hz rector scolarium ad scolas.

¶ Insuper determinat auctor de loco a ꝓportione di. ꝙ ꝓportio est rerum differẽtiũ similis habitudo. ¶ Circa quod notandũ ꝙ ꝓportio proprie est habitudo vnius quantitatis ad aliã. ⁊ hec ẽ duplex. s. equalitatis. cũ. s. numerus equal̃ cõparatur numero eq̃li. vt duo ad duo Alia est proportio inequalitatis cũ. s. numeri sunt inequales. Unde aliqñ numerus maior cõtinet minorẽ bis. vt se hẽnt quatuor ad duo. ⁊ sic est ꝓportio dupla. aliqñ continet ipsum ter. vt sex ad duo. ⁊ sic est proportio tripla. aliqñ vero q̃ter ⁊ sic est proportio quadrupla. aliqñ vero quater. ⁊ sic est proportio quadrupla ⁊ sic i infinitũ. aliqñ vero numerus maior continet totum minorem numerũ ⁊ aliquam partem eius. ⁊ hoc fit multis modis. Si eni cõtineat totum ⁊ medlã partẽ ei⁹ dr̃ proportio sexquialtera. vt tria ad dno. Si ãt cõtineat totũ ⁊ tertiã partem eius dr̃ sexquitertia. sicut quatuor ad tria. Si vero totum ⁊ quartã partez contineat dicit̃ sexquiquarta. vt quinqz ad quatuor. ⁊ sic deinceps: de quo ꝑam plius alias videbit̃. Proportionalitas autem fundat̃ super proportiones. Est enim vt dicit Euclydes. v. geometrie similitudo proportionum. Et hoc dupliciter qꝛ vel ꝑm identitatem excessus vl̃ ꝑz identitatẽ proportionis si sit idẽtitas vel equalitas excessus dicit̃ proportionabilitas arismetrica. vt sicut se habẽt sex ad q̃tuor ita octo ad sex. Sicut. n. sex excedũt quatuor i duabus vnitatibus sic octo sex Si ãt sit equalitas proportionis sic dicit̃ proportionalitas geometrica eo ꝙ maxime valet ad geometricas mẽsuras. geometre enim ꝑm eandẽ mensurã proportionẽ mensurant. vt sicut se hz sex ad quatuor. sic duodecim ad octo. Sicut enim sex ad quatuor est proportio sexquialtera sic duodecim ad octo. Est ergo ibi idẽtitas proportionis nõ tñ identitas excessus. plus enim duodeciz excedit octo q̃z sex quatuor. Sicut autẽ sumit̃ proportio in numeris sic suo mõ põt sumi i magnitudinibus. Notandũ insuper ꝙ proportio aliquãdo sumitur a doctoribus ꝓ habitudine rerum eiusdem generis que in quadam cõmensuratione consistit scdm

quã excessum aliquotiens sumptuz reddit excedens. Proportionalitas vero ꝑ simili habitudine rerũ alterius generis. Sepe tamen vnum sumit̃ pro reliquo. Unde proportio large potest sumi pro quacũqz habitudine vbi etiã est cõueniẽtia ſm analogiam. Locus a proportione est habitudo vnius proportionalium ad reliquũ: vt sicut se habẽt quatuor ad duo ita sex ad tria. sed quatuor ad duo ẽ ꝓportio dupla: ergo sex ad tria est ꝓportio dupla. Maxima. De proportionabilibus idem est iudiciũ. Et per hunc locũ potest argui a trãsmutata ꝓportione: qꝛ ſm Euclydem. Si alique quantitates proportionabiles fuerint permutate. ꝓportionabiles erũt: vt sicut se habẽt quatuor ad duo ita sex ad tria. igitur comparando primũ ad tertiũ ⁊ secundũ ad q̃rtum: sicut se habent quatuor ad sex sic duo ad tria: sed quatuor ad sex est ꝓportio sub sexquialtera: ergo duo ad tria erit proportio sub sexquialtera. Differt autẽ locus iste a loco a simili: quia similitudo proprie dicit ꝯuenientiã in qualitate. Est enim similitudo rerum differentiũ eadẽ qualitas. lz posset extendi ad qualitatem essentialem. Unde dicit auctor qꝛ in loco a simili accipitur cõparatio ſm similitudinem inherentium. Inherentia enim ꝓprie reperitur in accidentalib⁹: lz large extendat̃ ad formas substantiales. Inter accidentia autem sensibilior est qualitas. ideo magis percipitur ipsam inherere. Proportio autem dicit comparationem quantitatum. ⁊ large extenditur ad similitudinem habitudinem quarũcunqz rerum: vbi etiam nulla est conuenientia in qualitate essentiali vel accidentali. sed tm̃ ſm analogiam.

Transumptio est duplex. Quedam enim est quando dictio vel oratio vnũ significans transumitur ad significanduz aliud propter similitudinem aliquam in eis repertã. vt hec dictio ridere transumitur ad significandum florere: cum dicitur pratum ridet. Similiter oratio transumitur cum dicitur. litus aratur idest opera ꝑditur. sicut solet dici cum quis inuanum laborat. ⁊ hec transumptio pertinet ad sophisticum. Alia est quando nomen magis notuz sumitur pro nomine minus noto: vt si debeat probari ꝑ philosophus nõ inuidet ⁊ fiat transumptio ad hoc nomen sapiens. ⁊ ista trãsumptio pertinet ad dyalecticum. Locus a transumptione est habitudo transumptionis ad transumptum. vt sapiens nõ inuidet. ergo philosophus non inuidet. Maxima Quicquid alicui conuenit sub nomine magis noto: eidez cõuenit sub nomĩe minus noto: differt autem iste locus a loco a nominis interpretatione: qꝛ in loco a nominis interpretatione accipitur diffinitio siue expositio nominis. vt si exponatur hoc nomẽ philosoph⁹ per hoc quod est amator sapientie. In loco autẽ a transumptione nõ accipitur expositio

iue descriptio nominis sed p vno nomine minus noto accipitur aliud nomen magis notum: per quod faciliter potest probari propositum.

¶ Ulterius determinat auctor de loco a transumptione. Est ãt duplex trãsumptio. Quedam est quãdo vna dictio vt oratio significans vnum transumit ad significandũ aliud pp similitudinẽ in eis reptã: vt ridere quod significat risum p os emittere transumit ad florere: quia vtrũq; est gaudiosum. ⁊ ista trãsumptio pertinet ad sophisticum. Alia ẽ transumptio qñ nomen magis notum sumitur pro noie minus noto: vt si ponatur sapiens pro philosopho: ⁊ ista pertinet ad dyalecticum. Locus a transumptione ẽ habitudo nominis magis noti ad nomẽ minus notum. ⁊ tenet affirmatiue ⁊ negatiue: vt sapiens currit: ergo philosophus currit. Maxima. Quicquid cõuenit alicui sub nomine magis noto conuenit ei sub noie minus noto. Et differt locus iste a loco a nois interpretatõe: quia ibi accipitur diffinitio nois: hic autem nomen magis notum pro minus noto.

¶ Circa quod notandũ q̃ sin aliquos iste locus est idem cum loco a nois interpretatione. quia transumpto ⁊ transumptum eandẽ rem important: sicut interpretatio ⁊ interpretatũ. Alij vero seqntes auctorem distingnunt locum istum ab illo: q; in loco a nois interpretatione sumit diffinitio nois que cõuertitur cuz interpretato. In hoc autez loco nomẽ magis notum sumitur pro nomine minus noto sine importent eãdem rem conuertibiliter sive non.

Auctoritas. vt hic sumitur est iudiciũ sapientis in sua scia Unde iste locus solet denoiari a rei iudicio. Locꝰ ab auctoritate est habitudo auctoritatis ad illud qõ p eã probat. Et tenet cõstructiue solũ vt astronomus dicit celum esse volubile: ergo celum est volubile. Maxima. Unicuiq; experto in sua scientia credendum est.

¶ Demum determinat auctor de loco ab auctoritate. Est ãt auctoritas iudiciuz sapientis vel experti in sua arte. vnde auctoris iudicio denotatur locus iste. Locus ab auctoritate est habitudo auctoritatis ad aliud qõ per eam probat. Et tz affirmatiue vt philosophus dicit celum esse volubile ergo est volubile. Maxia. Cuilibet experto in sua scientia credẽduz est. Quod est intelligendũ de his q̃ dicũtur ab experto inquantum expertus. Et ideo non seqtur Aristo. dicit mũdũ non incepisse: ergo mundus non incepit. Nõ enim Aristo. fuit expertus in omnibus dictis suis. Iste ãt locus non tenet negatiue. vnde non sequitur. Aristotiles non dicit esse decem orbes celestes. ergo nõ sunt. De hoc dicit frater Ocham q̃ locus ab auctoritate est debilis nisi argnatur ab auctoritate illius qui fallere nec falli potest. Et ideo non sequitur: Aristo. dicit hoc: ergo est verum quia ipse decipi potuit. Nec sequitur Astrologus dicit sic. ergo ita est: quia quilibet astrologus decipi ⁊ decipere potuit. Multi etiã putantur experti qui non sunt ⁊ licet habeant memoriaz eorum que viderunt vel audierunt: de his tamen certum iudiciũ non habent. Multi nãq; memoria vigẽtes habent iudicium valde debile: verũ tamen qui experti cõmuniter reputanẽ est reuerentia exhibenda: ⁊ dicta eorum non spernantur: nec reprobentẽ nec negẽtur antecz̃ constiterit q̃ sint dissona veritati: sed suspensa teneatur scia: sive sint dicta antiquorum: sive modernorum.

De locis mediis.

Sequitur d̃ locis mediis. Quid ãt sit locus medius dictum ẽ pri⁹. Locorum mediorũ ali⁹ a cõiugatis. ali⁹ a casib⁹. ⁊ ali⁹ a diuisiõe. Cõiugata ⁊ casus differũt sic. qꝛ vniuocũ siue prĩcipale siue abstractum qd̃ idẽ ẽ dr̃ cõiugatũ cũ suo denoiatiuo. vt iusticia ⁊ iustũ albedo ⁊ album: Casus autem dicuntur ea que cadunt a principali: vt iustum ⁊ iuste a iusticia. Et differentiam hanc assignat aristotiles in secũdo thopicorum. Locus a coniugatis est habitudo vnius cõiugatorum ad reliquum: vt iusticia ẽ bõa: ergo iustũ ẽ bonũ. Maxĩa Quicqd cõuenit vni cõiugatorũ cõuenit ⁊ reliquo. ⁊ si vnuꝫ cõiugatorũ ĩest: ĩest ⁊ reliquũ. Loc⁹ a casib⁹ ẽ hĩtudo vni⁹ casus ad reliquũ vt iustũ ẽ bonũ: ergo qd̃ iuste fit bñ fit. Maxĩa Quod vni casui cõuenit: cõuenit ⁊ reliquo. Et econuerso sumitur argumentum a casibus ⁊ a coniugatis. Diuisionum alia fit per negationeꝫ. vt sortes ẽ homo aut nõ hõ: sed non est nõ homo: ergo est hõ. Maxima. Si aliqua duo condiuidant aliquod tertiuꝫ. posito vno remouetur reliquum. Alia ãt fit nõ ꝑ negationem ⁊ hec fit sex modis trib⁹ per se: ⁊ tribus ꝑ accidẽs. Prima diuisio per se est generis ĩ species: vt aĩalium aliud homo aliud brutum. Secunda est totius ĩtegralis in suas partes. vt domus. alia pars est paries. alia tectum alia fundamentũ. Tertia vero est vocis ĩ significata. vt canis alius latrabilis. alius piscis marinus. alius sydus celeste. diuisionum vero per accidens. Prĩa est subiecti in accidentia vt aĩalium aliud sanũ aliud egrũ. Secunda diuisio ẽ accidentis in subiecta. vt sanorum aliud brutũ aliud homo. Tertia est accidentis ĩ accidẽtia. vt sanorum aliud calidum aliud frigidum. Locus a diuisione est habitudo vnius condiuidentium ad reliquum: vt si sortes est animal. aut est animal rationale aut irrationale. sed nõ est irrationale: ergo rationale. Maxima. Posito vno membrorum diuidentium in aliquo subiecto: remouetur reliquum. ⁊ similiter in qualibet alia diuisione. Et hec de locis dicta sufficiant.

Postq̃ auctor determinauit de locis extrinsecis. hic consequenter determinat d̃ locis medijs. Prius autẽ auctor determinat de locis extrinsecis q̃z medijs: q: intrinsecum ⁊ extrinsecũ opponunt̃. Opposita ãt iuxta se posita magis elucescunt. Quid aũt sit locus medius dictũ est prius: ⁊ diuiditur ꝑ locũ a coniugatis a casibus ⁊ a diuisione. Coniugata sunt abstractũ ⁊ concretũ Abstractũ vero dicitur p̃ricipale: ⁊ concretũ dicitur sumptũ q: sumit̃ ab alio. vt album ab albedine. Que dicunt̃ coniugata ꝑꝑ connexionẽ quam habent ad inuicẽ. Significat. n. idẽ lz alio modo: q: cõcretũ significat formã cũ cadentia siue inherentia ad subiectuz. abstractũ vero sine tali cadentia. Locus a cõiugatis tz affirmatiue: vt albedo est color: ergo albũ est coloratũ. Maxima. Si abstractuz dicatur de abstracto. ⁊ cõcretũ de concreto: ⁊ econuerso. ¶ Circa qd̃ notandum ꝙ hec nõ hz veritatẽ in cõcretis de genere sb̃ie. Unũ ñ seqt̃: hõ ẽ aial: g° hũanitas ẽ aialitas. Itẽ nõ tz iste locus nisi i p̃dicatis ꝑ se. Unde non sequit̃: albuz est quãtum. ergo albedo ẽ quãtitas. Notandũ insuꝑ ꝙ abstractuz põt dupliciter considerari. vno mõ vt informat suum subiectum. ⁊ dat ei esse. ⁊ sic ab abstracto ad cõcretuz est locus a cã formali ad suum effectuz. Alio mõ inquantũ partim conuenit cum ipso. ⁊ partim differt ⁊ sic sumit̃ ab eis locus a coniugatis. Casus dicunt̃ cõcretuz cũ aduerbio que dicũtur casus. q: cadũt ab abstracto. vt bonuz ⁊ bene a bonitate: lz ãt in cõiugatis vnũ cadat ab alio. nõ tñ ambo a tertio. Locus a casibus ẽ habitudo vni° casuũ ad reliquũ. vt iustũ ẽ bonũ. ergo qd̃ iuste fit bñ fit. Maxia. Si cõcretũ asserat̃ de cõcreto. ⁊ aduerbiũ de aduerbio. ¶ Diuisionũ alia fit ꝑ negationẽ: vt sortes aut ẽ hõ aut nõ hõ. Alia fit ꝑ affirmationẽ: ⁊ hec fit tribus modis ꝑ se. ⁊ tribus modis ꝑ accidẽs. Prim° modus ꝑ se est diuisio generis ĩ suas species vel differẽtias. vt aĩalium aliud rationale: aliud irrationale vel aĩaliuz aliud hõ aliud brutũ. Secundus ẽ diuisio totius ĩtegralis ĩ suas partes. vt domus alia pars est tectum: alia paries: alia fundamentum. Tertius est noĩs vel vocis ĩ significationes. vt canis alius latrabilis: alius piscis marinus ali° sydus celeste. ¶ Et notandum ꝙ licet significata accidant voci s̃m se cõsiderate vt est quedã qualitas. de tertia specie q̃litatis cõtinent̃ tñ per se sub ea inquãtuz est significatiua. ¶ Diuisio ẽt ꝑ accidens est triplex. quedã. n. est subiecti ĩ accidentia: vt aĩalium aliud sanum aliud egrum. secunda est accidentis in subiecta. vt sanorum aliud ẽ homo aliud brutũ. tertia est accidentis in accidentia. vt sanorum aliud est album aliud nigrum. ⁊ dicitur hec diuisio per accidens: quia membra diuidentia accidunt diuiso: nec per se continentur sub eo. Locus a diuisione ẽ habitudo vnius diuidentium ad reliquum. ⁊ tenet affirmatiue ⁊ negatiue quando diuisio fit per duo membra immediata. vt homo est animal rationale vel irrationale: sed est animal rationale ergo non est irrationale. Sortes est homo vel non homo: sed non est non hohomo. ergo est homo. Maxima. Posito vno condiuidentium ĩmediatorum ĩ aliquo subiecto ab eodem remouetur reliquum: ⁊ remoto vno ponitur reliquũ. Et hoc habet veritatẽ quãdo vnũ diuidentium asseritur vel negatur de aliquo contento sub diuiso. ⁊ ideo non seqtur. Lapis nõ est animal rationale. ergo est irrationale. quia lapis non continetur sub animali. In diuisione autem que cõtinet plura membra que non sunt immediata bene arguitur affirmatiue sed non tenet negatiue nisi a negatione sufficienti ceterorum membrorum ad positionẽ vnius. vt sor. nec est albus nec rubẽs nec viridis. ⁊ sic de alijs medijs colori

bilis: ergo est niger. ¶ Et notandum q̄ mēbra diuidentia alicuius diuisionis possunt dupliciter considerari. vno mō ꝑm rationes proprias eorū. ⁊ sic sunt opposita vel disperata. Et ab ipsis sumitus locus extrinsecus. Alio mō cōsiderātur in quantum partim cōueniunt cum diuiso ⁊ partim differant: ⁊ sic faciunt locum a diuisione.

Incipit sextus tractatus.

Syllogismoruz alius demonstratiuus alius dyalecticus: aliꝰ sophisticus siue litigiosus. Syllogismꝰ demōstratiuus est qui ex primis veris ⁊ īmediatis est syllogizatus: aut ex talibꝰ que ꝑ aliqua prima ⁊ vera principiū sue cognitōis sumpserunt. Dyalecticus ē q̄ ex probabilibus est syllogizatus. Sophisticus vt diffinitur ab aristotile i elenchis est qui apparet esse syllogismus ⁊ nō est: aut q̄ est syllogismꝰ sed nō est conueniēs rei. Disputatio est actus syllogisticus vniꝰ ad alterū ad aliquod propositū ostendendū. Disputatōis quatuor sunt species. s. doctrīalis. dyalectica. tēptatiua ⁊ sophistica. Disputatō doctrinalis ē que syllogizat ex propriis prīcipiis vniuscuiusq̄ discipline: ⁊ nō ex his que vidētur respōdēti. Et huiꝰ disputatōis īstrumentū est syllogismus demonstratiuus. Disputatō dyalectica est que ex probabilibus syllogizat: ⁊ est collectiua contradictionū. ⁊ eius īstrumentum ē syllogismus dyalecticus. Tēptatiua vero disputatio ē que syllogizat ex his que videntur respondenti: ⁊ necesse est eum scire q̄ se similat habere sciaz. Huius āt disputationis īstr̄m est syllogismus tēptatiuꝰ. Syllogismus tēptatiuus est q̄ ꝓcedit ex his que videntur respōdenti. Disputatio sophistica ē que procedit ex his que vidētur probabilia ⁊ non sunt. Huius āt disputationis instrumētum est syllogismꝰ sophisticus Syllogismus sophisticus ordinatur ad quinq̄ methas: que sunt redargutio. falsum. inopinabile soloecismus ⁊ nugatio Est autem metha inconueniens quoddam ad quod opponēs sophista nititur videri ducere respondentez. Redargutio est prenegati concessio vel preconcessi negatio in eadem disputatione vi argumentatōnis facta. vnde nisi vi argumētationis hoc quis faciat: nō ꝓpter hoc erit redargutꝰ. Similiter nec in diuersis disputatio

nibus. Falsum vt hic sumitur est manifeste falsum. Nam si sophista ducat respondentez ad falsum occultum: non pro pter hoc assequitur suum fi nem. Inopinabile est quod est contra opinionem omni um vel plurium vel maxime sapientum: vt matrem non di ligere filium. Soloecismus est vitium in contextu partium orationis contra regulas ar tis grammatice factum: vt vir mea. Negatio est vnꝰ: ⁊ eiuſ dem ex eadem parte inutilis repetitio: vt homo currit. di co autem ex eadem parte: qz si in diuersis partibus idez re petatur non esset negatio. vt homo est homo. risibile est ri sibile. Dico autem inutilis re petitio. quia si idem repeta tur ad maiorem expressionez laudis affectionis vel vitupe rii. non esset negatio: vt deus deus meus. latro latro quo vadis. Iste autem quinqz fi nes vltertus ordinant ad vnū finem principalem qui est ap parens sapientia ⁊ non exi stens. Sophista autem non di cit ad istos fines suum respon dentem: nisi per eos deueniat ad vltimum finem principa lem qui est apparens sapien tia vel scientia. Et cum quili bet debet premeditari suuz fi nem: ideo determinatio finiū debet precedere determinati onem fallaciarum.

Postq̄ auctor determinauit in precedentibus de syllo gismo dyalectico. Hic con sequenter determinat de syllogismo sophistico. Ad cuius euidentiam diuidit syllogismum in demonstratiuum dya lecticum ⁊ sophisticum. Syllogismus demonstratiuus est qui ex primis veris est syllogizatus: aut ex talibus que per aliqua prima ⁊ vera principia sue co gnitionis sumpserunt. demonstratio enī aliquando fit ex principijs simpliciter primis que cognoscuntur cognitis ter minis ita q̄ cognitio eorum non depen det ex alijs prioribus ⁊ quo ad hoc syl logismus demonstratiuus dicitur esse syllogizatus ex primis veris. aliquan do vero demonstratio fit ex principijs que non sunt simpliciter prima que licet sint principia respectu aliquorum: sunt tamen conclusiones respectu primorum principiorum: vt dictum est. secundo ca pitulo de locis dyalecticis ⁊ quo ad hoc dicitur aut ex talibus que per aliqua pri ma ⁊ vera principia sue cognitionis sumpserunt. Talia enim licet non sint sim pliciter prima: tamen euidenter possunt demonstrari ex primis principijs. Ad notandum autem q̄ in demonstratione propter quid ⁊ potissima diffinitio sub iecti est medium ad probandum passio nez de subiecto. Et ideo de tali dicit Ari sto. primo posteriorum q̄ augentur de monstratione non per media sed in post assumendo ⁊ in latus. Cum enim vnius rei sit tantum vna diffinitio quidditatiua non poterit in tali demonstratione eadē

passio probari de subiecto per plura media. Et ideo demonstrationes non augẽtur seu non multiplicantur per media sz in post assumendo bene multiplicantur videlicet sumendo sub maiori extremitate. vt si arguatur sic. Omnis substantia corporea animata sensibilis est egrotabilis. Omne animal est substantia corporea animata sensibilis: ergo omne animal est egrotabile. Et tunc potest multiplicari hec demonstratio sumendo sub animali aliquod inferius sic arguendo. Omne animal est egrotabile: omnis homo est animal: ergo omnis homo est egrotabilis. ¶Potest etiam multiplicari in latus assumendo videlicet plures species contentas sub medio: vt equus est substantia animata sensibilis. ergo equ⁹ est egrotabilis. ⁊ sic de alijs. ¶Per syllogismuz autem demonstrativuz ageneratur in vobis scientia. Est.n. demonstratio syllogismus faciens scire. ¶Hoc autez non intelligitur de scientia communiter sumpta: que est apprehensio veritatis qualitercũqz se habentis: sed de scientia proprie sumpta: que fm Sco. in prologo pri. sen. est cognitio certa absqz decepcõne vl dubitatione. de cognito necessario. causata a cã euidẽte. p discursuz syllogisticũ. hoc appet ex diffinitõe scire prio posteriorz: vbi dicit ꝙ scire opinamur vnumquodqz simpliciter ⁊ non sophisticomodo qui est secundum accidens cũ causam arbitramur cognoscere propter quam res est: ⁊ quoniam illius rei est cã ⁊ nõ est contingere aliter se habere. vbi per illud quod dicitur: ⁊ non sophistico modo qui est secundum accidens: excluditur ois incertitudo ⁊ cognitio apparẽs ⁊ secundum quid. ¶Per hoc autem ꝙ dicitur arbitramur cognoscere causam rei designatur notitia euidens principiorum. ¶Per hoc autem ꝙ dicitur ⁊ quoniam illius est causa denotatur applicatio principiorum ad conclusiones per discursum syllogisticum. ¶Per hoc autem ꝙ dicitur: non contingit aliter se habere notatur necessitas conclusionis: vbi ẽ necessaria connexio predicati ad subiectuz. ⁊ sic est immutabilis veritatis quantuz ad esse quidditatiuum ⁊ specificum qõ abstrahit ab essentia que de se est variabilis. Ex quo infert philosophus ꝙ demonstratio per quam ageneratur scientia est ex primis immediatis prioribus notioribus causisqz conclusionis. ¶Per prima intelligit principia que sunt immediata: ⁊ propositiones per se notas non indigentes per aliud probari. que sunt priores natura ⁊ notiores ipsa conclusione cum dependeat ab ipsis. ℂ Syllogismus dyalecticus est qui exprobabilib⁹ est syllogizatus. Sunt autem probabilia que videntur omnibus aut pluribus aut sapientibus. Aliqua nanqz apparent vera omnibus: vt ꝙ omnis mater filiuz diligit. Aliqua vero non omnib⁹ sed pluribus: vt ꝙ omnis homo desiderat scire Alia vero solum sapientibus: vt ꝙ sol sit maior tota terra. ¶Per syllogismum autem dyalecticuz generatur opinio qua quis adheret alicui parti contradictionis cum formidine de oppposito. ⁊ licet iste syllogismus aliquando precedat ex necessarijs sicut demonstrativus: non tamẽ ex euidenter notis. ℂ Syllogismus sophisticus est qui apparet esse syllogismus ⁊ non est. vel qui est syllogismus sed non est conueniens rei. In hac diffinitione ponuntur due partes. ¶Prima est ꝙ syllogismus sophisticus apparet esse syllogismus ⁊ non est. In quo denotatur syllogismus peccans in forma. Talis enim non est syllogismus. quia in ipso non seruatur forma syllogistica scõm debitum modum ⁊ figuram: vt hõ est spẽs. sor. est hõ: ergo sor. est spẽs. Secũda pars huius diffinitionis est ꝙ syllogismus sophisticus est qui est syllogismus sed non cõueniens rei. In quo tangitur syllogismus peccans in materia: qñ vz aliqua pmissarum est falsa. Talis enim

licet sit vere syllogismus. quia indebito modo ⁊ figura non tamen est conueniens rei: quia non procedit ex probabilibus realiter: sed tm̃ apparenter: vt ois homo est species: sor. est hō: ergo sor. ē species. Aliquis vero syllogismus peccat in vtroq; tam videlicet in materia q̃ in forma. vt omnis homo ē animal: nullum risibile est homo: ergo nullus risibile est animal: qui quidem peccat i materia: quia mino: est falsa: ⁊ in forma: q: disponitur in prima figura in qua minori existente negatiua. nihil sequit. In presenti igitur tractatu agitur de syllogismo sophistico quantū ad eius cōpositionem ⁊ solutionem qui dicitur tractatus fallaciarum. q: sophista per huiusmodi syllogismū intendit fallere respondētem. Et est iste tractatus vtilis q: non potest malum euitari nisi cognoscatur. ¶Per huius modi nāq; tractatū potest studiosus deprehendere omnes defectus argumentorū peccātiū in forma in quacunq; materia fiant. Dicitur etiā de syllogismis sophisticis elenchis: idest apparentibus ⁊ non existentibus. Verus. n. elenchus ē syllogismus cōtradictionis conclusionis. Sophista autē nō vere sed apparenter trī infert contradictionē cōclusionis respondētis. Dicit quoq; syllogismus sophisticus apparens ⁊ non existens: non q̃ sit non ens simpliciter: sed q̃ nō est talis q̃lis appet eē. Appet. n. eē dyalectic? ⁊ non est: sicut auricalcum ly sit aliquod ens existens non tamen est aurum quod apparet esse. Notandū insuper q̃ ly habitus logice qui docet componere syllogismum sophisticū ⁊ ipsum soluere sit habitus scientificus. Sophista tamē fm ipsum nō est sciens: qō est intelligendum quantū ad habitum ageneratū per syllogismum sophisticum. ¶Per ipsum enim nō generat habitus sciētificus. Sz talis syllogismus ordinat ad deceptionem respondentis ⁊ apparentem scientiam opponentis: Item notandū q̃ ad syllogismum sophisticum potest reduci syllogismus falsigraphus qui scilicet procedit ex principijs alicuius scientie male intellectis. Exemplum. principium est in geometria q̃ circulus est figura plana vnica linea contenta in cuius medio est punctus a quo omnes linee ducte ad circūferentiam sunt equales. Si igit aliquis ab illo puncto qui dicitur centrū circuli ducat duas lineas ad circunferentiā vnā recte ⁊ aliam tortuose: ⁊ arguat sic. Omnes linee ducte a centro circuli ad circūferentiam sunt equales: linea recta ⁊ curua sunt huiusmodi: ergo sunt equales: talis facit syllogismū falsigraphū. procedēdo ex illo p̃ncipio male intellecto. Illud eni principiū intelligit in lineis rectis: ⁊ ipse arguit ex vna linea recta ⁊ alia curua: q: vero syllogismus est instrumentū disputationis. syllogismus siquidē ōmō strativus est istrumētū disputationis dotrinalis. dyalecticus autē disputationis dyalectice tēptatiue. ⁊ sophisticus disputationis sophystice. Jō auc. conuenienter describit disputationē dicēs q̃. ¶ Disputatio est actus syllogisticus vnius ad alterum ad ꝓpositū ostendendū. Circa qō notandū q̃ aliter disputatio est actus syllogisticus siue factus per syllogismuz ⁊ aliter est actus vnius ad alterū seu opponentis respondentis. Est enim actus syllogismi vt istri p qō fit disputatio ⁊ ē actus opponētis ⁊ rñdentis: vt efficiētis p̃cipalis. ⁊ talis actio ordinat ad ꝓpositū ostendendū: seu aliqd cōcludēdū fm q̃tuo: finem ad quos ordinat iuxta eius q̃tuo: spēs: q̃ sunt doctrialis dyalectica tēptatiua ⁊ litigiosa seu sophistica. ¶ Disputatio doctrialis ē q̃ ex ꝓprijs p̃cipijs alicuius scie syllogizat ⁊ nō ex his que vident respondēti. Cū. n. doctrinalis sit generatiua habit? scientifici per syllogismū demōstrativū: opz q̃ procedat ex ꝓprijs p̃cipijs scientie que generatur siue rñdēti videant siue nō. Unde ipsum addi scētē opz credere magistro docenti.

¶ Dispositio dyalectica ẽst que est ex ꝓbabilibus ⁊ collectiua cõtradictionuꝫ. ꝓcedit nãqꝫ ex ꝓbabilibus qꝛ ordinatur ad generandũ opinionẽ que generatur ex ꝓbabilibus: ⁊ sic est collectiua contradictionuꝫ: qꝛ ex ꝓbabilibus põt arguj ad vtrãqꝫ partẽ cõtradictionis. ⁊ lꝫ hmõi disputatio non possit generare firmũ opinionẽ de duobus cõtradictoꝛijs in eodẽ tpe ⁊ respectu eiusdem: qꝛ nullꝰ põt simul cõtradictoꝛia opinari: bene tñ põt in diuersis tpibus ⁊ ẽt i eodẽ tempore respectu diuersoꝛuꝫ. Dicit etiã collectiua cõtradictionũ: qꝛ põt causare dubitationẽ de vtroqꝫ cõtradictoꝛioꝝ: lꝫ aũt disputatio dyalectica ordinet ad generãdũ opinionẽ ex consequenti. tñ ordinat ad disciplinã vel sciaꝫ ad quã opio disponit. ¶ Disputatio tẽptatiua ẽ q̃ ex his q̃ vident respõdenti syllogizat: ⁊ que necesse ẽst illũ scire quoꝝ se simulat habere sciaꝫ. Cũ. n. talis disputatio sit ad habẽdũ experientiã de scia respõdentis ⁊ hmõi experientia sumat arguendo ex his q̃ vident respõdenti: opꝫ i hac disputatione ꝓcedere ex his q̃ sibi sunt ꝓbabilia siue sint vere ꝓbabilia siue apparenter. Ex quo pꝫ qꝫ nõ solũ syllogismus dyalecticus sed ẽt sophisticus põt esse instrumẽtuꝫ istius disputationis. Et qꝛ in qualibet scia põsupponunt ꝑncipia cõia ⁊ ignoranti cõia necesse ẽst ꝓpria ignorare: iõ hec disputatio hꝫ fieri ex ꝑncipijs cõibus q̃ necesse ẽst illum scire qui hꝫ aliquã sciaꝫ si ẽt examen fiat in ꝓpꝛijs opꝫ etiam tẽtandũ scire ꝓpꝛia. ¶ Disputatio sophistica ẽ que ex apparenter ꝓbabilib⁹ syllogizat. Cuius rõ ẽst qꝛ ipsa fit ad generãdũ apparenter sciam i opponente ⁊ deceptionẽ i respõdente. Quod hꝫ fieri ꝓcedendo ex apparentibus. ⁊ ordinat ad quiqꝫ methas: ꝺ quibus ꝓfir dicẽt. Talis etiam disputatio dicit litigiosa pp cõmotionem ad iram ⁊ rixam. ¶ Et notãdum qꝫ iste quatuoꝛ species non sunt ꝓpꝛie species disputationis: sicut nec syllogismus sophisticus peccãs i fo:mã est species syllogismi: qꝛ rõ seu diffinitio syllogismi sibi non conuenit. qꝛ non est ꝓpꝛie syllogismus sed paralogismus seu apparens syllogismus. Sic etiam diffinitio disputationis non conuenit disputatõi sophistice. dicunt igit̃ species large ⁊ modi seu maneries. ⁊ lꝫ nõ sint nisi tres species syllogismi ꝑm triplicem materiã syllogismi. Syllogismus enim demonstratiuus ꝓcedit ex necessarijs ⁊ euidẽtibus. Dyalecticus ãt ex ꝓbabilibus. Sophisticus vero ex apparentib⁹. ¶ Do nunc tñ q̃tuo: species disputatiõis iuxta eius quatuoꝛ fines. Disputatio. n. doctrinalis ordinat ad generandũ sciam. Dyalectica ad opinionẽ. Tẽptatiua ad sciam. experiendã i respondente: ⁊ sophistica ad apparentem sciam opponentis ⁊ deceptionem respondentis: lꝫ autem apparens scia sit finis ꝓncipalis sophistice: sunt tamen alij quinqꝫ fines minus ꝓncipales ordiati ad illum finem. Sophista enim non ducit aliquez ad illos fines minus ꝓncipales nisi vt appareat esse sapiens: ⁊ illi fines dicunt methe. Est autez metha iconueniens ad qõ opponens sophista nititꝫ ducere respondentẽ: quod q̃dem dicitur metha transumptiue: Metha. n. ꝓpꝛie dicta est terminus alicuius spacij: ⁊ dicitur de metioꝛ metiris quia per tales termios metiꝫ quantitatẽ agri vel alicuiꝰ spacij. Metha igit̃ disputationis sophistice est terminus vltra quẽ nõ ꝓcedit disputatio sophistica: sed ipso habito cessat disputatio. ⁊ sunt quiqꝫ. s. redargutio falsum: inopinabile: soloecismꝰ ⁊ nugatio. ¶ Redargutio est prenegati cõcessio ⁊ ꝑconcessi negatio vi argumẽtationis ⁊ i eadem disputatione: ⁊ dicit vi argumentationis qꝛ si aliqs voluntarie sustineat contradictoꝛia: non ꝓp hoc dicit redargutus. Si etiam i diuersis disputationibus hoc fiat: non ꝓp hoc reducitur ad methaꝫ redargutionis qꝛ non ducit ad inconueniens apparẽs astãtib⁹.

4 Species disputatiõis

87

¶ falsum est manifeste falsi concessio: vt si concedat ignem non esse calidum. Unde ꝫ sophista ducat respondentem ad falsum occultū: non propter hoc ducitur ad methā falsi: vt si faciat sibi concedere ꝙ sol sit minor tota terra. ¶ Inopinabile est ꝙ cōtra opinionez omnium aut plurium ⁊ maxime sapientum: vt matrez non diligere filium: ⁊ differt hec metha a metha falsi: q: ꝫ omne manifeste falsum sit inopinabile: non tamen omne inopinabile est manifeste falsum: immo multa inopinabilia que. s. sunt cōtra opinionem plurium sunt vera: vt patet in theologia ⁊ philosophia de opinione communi ⁊ opinione doctoris subtilis. ¶ Soloecismus est vitiū in oratione cōtra regulas artis grammatice factū: vt si aliquis ducat ad concedendum istā. Ulr mea spōsa meus ducit ad methā soloecismi: ⁊ pertinet ad grāmaticum inquātum dicit incongruitatem orationis. ad logicum autem inquātum impedit veritatem propositionis. ¶ Ellugatio est vnius ⁊ eiusdem in eadē parte orationis inutilis repetitio. vt dicēdo homo: homo currit: ⁊ dicitur in eadem parte: q: si in diuersis partibus fiat non erit nugatio: vt hō est hō: ⁊ dicit inutilis: q: si fiat causa ornatus vel expressionis maioris non est nugatio. vt deus deus mens.

Quid sit fallacia.

Fallacia est idoneitas decipiendi faciens credere de ente ꝙ sit nō ens ⁊ de non ente ꝙ sit ens mediante fantastica visiōe. Fallacie sunt tredecim: quarum sunt sex in dictione: ⁊ septem extra dictionem. In dictione sunt: equiuocatio. amphibologia. cōpositio. diuisio. accentus: ⁊ figura dictionis. Et septem extra dictionem sunt: accidens ſm quid ad simpliciter ignorantia elēchi. petitio principii. cōsequens. non causa vt causa secundum plures interrogationes vt vnam. Quod autez sint sex in dictione probat aristoteles inductione ⁊ syllogismo. Inductione sic. Equiuocatio fit aliquo istorum sex modoꝝ. amphibologia fit aliquo istorum sex modorū: ⁊ sic de aliis. ergo omnis fallacia in dictiōe fit aliquo istorū sex modorum ⁊ sic de aliis. ergo omnis fallacia in dictione fit aliquo istoꝝ sex modorum. Syllogismo sic. omnis deceptio facta ex eo ꝙ eisdem dictionibus vel orationibus non idem significamus fit aliquo istorum sex modorū sed omnis fallacia in dictione fit ex eo ꝙ eisdē dictionibꝰ vel orationibus non idem significamus. ergo omnis fallacia in dictione fit aliquo istorum sex modorū. Iste syllogismus ē i primo mō prime figure. Probatio maioris omnis multiplicitas dictiōis fit aliquo istorū sex modorum: sed omnis deceptio facta ex eo ꝙ eisdez di-

ctionibus vel orationibus nō idem significamus fit ex multiplicitate dictionis vel orationis. ergo omnis deceptio facta ex eo q̄ eisdē dictionibus vel orationibus nō idē significamus fit aliquo istoꝝ ſex modorum ⁊ hec fuit maior. Probatio minoris. omnis multiplicitas dictiōis fit ex eo q̄ eisdem dictionibus vel orationibus nō idem significamus. ſz omnis fallacia i dictione fit ex multiplicitate dictiōis vel orationis. ergo omnis fallacia in dictione fit ex eo q̄ eisdem dictionibus vel orationibus nō idem significamus ⁊ hec fuit minor. ⁊ iſti duo ſyllogiſmi ſūt i primo modo prime figure.



Oſtēſ auc. in precedentib⁹ determinauit de ſyllogiſmo ſophiſtico ⁊ ei⁹ meibis cō ſequēter determinat de locis ſophiſticis ſeu fallacijs. Et primo ponit fallaciam i cōmuni dicens q̄ fallacia eſt idoneitas ad decipiendum faciens credere de nō ente q̄ ſit ens: vel de ente q̄ ſit non ens mediante fantaſtica viſione. ¶ Circa q̄ notandum q̄ fallacia dupliciter accipitur. vno modo paſſiue. ſ. que eſt ex deceptione illius cui paralogizatur. ſ. reſpondentis: ⁊ tunc diffinit ſic. Fallacia eſt deceptio imperiti i arte ſophiſtica propter ignorantiam artis ſophiſtice. alio modo capitur fallacia pro cauſa huius deceptionis. ſ. pro loco ſophiſtico in quo fundantur argumenta ſophiſtica: ⁊ iſta ſumit in hac diffinitione. Ulterius ſciendum q̄ in omni fallacia eſt duplex cauſa. ſ. apparentie que mouet ad credendum illud quod non eſt ⁊ cauſa defectus que facit creditum eſſe falſum: ⁊ latet ſub cauſa apparentie ſicut in fallacia equiuocationis. cauſa apparentie eſt vnitas vocis cui videtur correſpondere vnum ſignificatum ſub qua latet cauſa defectus ſcilicet plitas ſignificatorum. Ratione igitur cauſe apparentie fallacia ſeu locus ſophiſticus habet q̄ ſit idoneitas decipiendi: qz a tali apparentia in dictionibus vel reb⁹ ſumitur per intellectum diſcurrentem aptitudo ad decipiendum ſicut a loco dyalectico elicitur conueniens argumentum. hoc autem fit mediante fantaſtica viſione ſiue cognitione intellectus miſti ⁊ alligati fantaſie que ſepe decipitur: nō autem intellectus pure ⁊ immiſtus.

gnitionē sciētificā. Sed si abstrahātur a sensu illa quoꝝ ē tal' materia nō ē de eis nisi opinio: vt dcm̄ ē. ¶ Quantū ad secūdū dictū hic tangendum scz de singularium cognitōe. qꝛ hic dicit. p. ꝙ de singularibus nō est sciētia nec dīo proprie: qꝛ ip̄is abeūtibus a sēsu nō ē palam vtrum sint an non. et secūdo de aīa ꝙ sens⁹ ē singulariū: intellectus vniuersaliū: idcirco videndū si singularia possint cognosci ñ tm̄ a sensu sed etiā intellectu. Ad cuius euidētiā dicit hic Sco. de intelligilitate singulariū possumus loq̄ vel metaphisice scz si sint de se intelligibilia vl' aniastice vlcz si sint intelligibilia ꝑ compationem ad intellectū nostrū. quod q̄dem ꝑtinet ad librum de anīa. ¶ De p̄mo pono vnā cōclusionē. Singulare quolibet mo sumptū siue vt abstrahit ab exñtia siue vt includit ex exñtiam ⁊ alia accñtia est ꝑ se intelligibile de natura sua. Hoc ostendit̄ sic: Singulare ē verum ens: ḡ est ꝑ se intelligibile. ꝯña patet: qꝛ intelligibilitas absolute sequit̄ entitatē cum ens sit obiectuz intellectus ex natura potentie vt dcm̄ ē tertio de aīa. sed ꝓbatio añtis. qꝛ singulare includit totam entitatē quidditatiuā supioꝝ. includit etiaz vltra hoc drñiam indiuidualē vel exñtiam vel aliqđ accñs quorū neutrū diminuit sed addit ad entitatē: ergo ad intelligibilitatē. De secūdo scz de cognitōne singularis ꝑ compationē ad intellectuz nostrū pono tres conclusiones. Prima conclusio singulare ē a nobis intelligibile ꝓ statu isto saltē ꝯgnitōe abstractīa Probat̄ qꝛ cognoscēs drñiam extremorū cog̃scit extrema drñtia. qꝛ cū dr̄ia q̄dā relatio ñ p̄t cognosci nisi cognitis extremis: sed intellectus nr̄ cognoscit differentiā inter vniuersale et singulare. Patet ergo ꝙ cog̃scit vtrūq̄ extremum si arguit aristoti. secūdo de anīa de sēsu cōi. Preterea intellect⁹ nō imponit nomina rebus q̄s ig̃rat: sed intellectus imponit nomīa singularibus quibus etiaz attribuit intentōes puta singulare indiuiduū: ⁊ sic de alijs. De his etiā facit ꝓpositōes oppōs ⁊ hmōi: q̄ oīa ꝑtinēt ad intellcm̄: ḡ intellectus nr̄ ñ ig̃rat singlaria. Secūda cōclusio: Intellectus nr̄ ꝓ statu isto nō ꝑ se intelligit singulare sub ꝓp̄a rōe singularitatis nec sensus sentit Hoc ostenditur sic: Om̄is potētia per se cog̃scēs aliq̄d obiectū sub ꝓp̄a rōne pōt ip̄m cog̃scere ⁊ ab alijs distinguere circūscripto om̄i alio ip̄o solo remanēte. sz nec intellectus nr̄ nec sensus ē hmōi respectu singulariū: ḡ ⁊c̄. Maior ē euidēs sed minor ꝓbat̄: qꝛ si hec albedo ꝑ diuinā potētiā ponat̄ ī eodē loco cū illa albedine: manet q̄dez hec ⁊ hec albedo qꝛ illa nō est hec. et tm̄ sensus nūq̄ distingueret duas numero eē has albedīes si sint eq̄ intense. Similit̄ nō distingueret int̄ duo singularia circūscripta distinctōe accidētali q̄ ē ꝑ locū figurā et hmōi: puta: si eēnt in eodē loco et simul tp̄e: ⁊ haberēt eandē figurā ⁊ magnitudinē ⁊ eūdē colorē: talia em̄ tam intellectus q̄ sens⁹ iudicaret esse vnū. Patet etiā: qꝛ sens⁹ nō discernit diuersitatē radioꝝ solariū. licet cōmunit̄ ponāt̄ ꝯtinue variari ī medio. Rō h⁹ minoris assig̃tur qꝛ poña cognitiua ī nob cog̃scit rē nō s̄m suā absolutā cog̃scibilitatē inq̄ntū scz in se ē manifesta sz solū inq̄tū ē poñe motīa: qꝛ potētie cognitiue ꝓ statu isto mouētur ab obiectis: sz nā singularis ñ mouet scđm gradū singularitatis. Singularitas enī se hz solū vt rō sine q̄ nō sicut dcm̄ ē primo hui⁹. ¶ Tertia ꝯ°: Intellect⁹ nr̄ ꝓ statu intelligit singular reflectēdo ad fātasmā s̄m. p. 3. đ a. qđ sic expōit̄ qꝛ sicut natura in agēdo nō ꝑ se intendit vl'e: qꝛ tūc generato corpe qđ ē vl'ius q̄ aīal vel hō nō ꝓcederet ad gñatōez aīalis vl' homīs. nec intēdit p̄mo indiuiduū sig̃tum qꝛ tūc gñato vno tali puta sorte cessaret actō nature qđ ē falsū: sz intēdit p̄mo ꝓducere naturā in aliq̄ supposito: ⁊ h° ē indiuiduū fagū. silr̄ ī ꝓposito spēs ī fātasia ad quā se cōuertit ītellcūs p° repñtat singlar̄ fagū ī qđ fert̄ p° ꝯgnitō ītellcūs. q̄d pz: qꝛ qñq̄ ītelligim⁹ aliqđ singlare ig̃rā° ī q̄ spē sit ⁊ in hoc p̄mo signo ī ip̄a fā

tassa est cōfusū subſtātia cū accidētib⁹ vt multa accidētia se cōtrahentia mutuo. Scdo repſentat nām abſolute q̄n ſcz intellect⁹ abſtrahit vle. ⁊ ferē in nām p̄cise nō ꝓſiderādo ei⁹ ſinglaritatē. Tertio reflectēdo cōſiderationē nature ad circūſtātias ſignatas vt ſcz ītelligat ſingulare. i. nām q̄ est hec non inquātū hec ſz cū accñtib⁹ ꝓprijs determiat talē nām q̄ tales circūſtātias: puta qō ē hic ⁊ nūc ⁊ cū tali figura et coloze ⁊ hmōi ita q̄ illi⁹ reflectioīs termin⁹ a q̄ ⁊ termin⁹ ad quē est hd cōfusū et ī medio ē diſtinctū. ¶ Ad p̄bm ī lr̄a tā dictū ē q̄ loq̄t ō ſingulari vt exiſtēs et de tali vez ē q̄ nō ē ſcia ꝓprie nec diffinitio. Scia ei ē obiecti fm qō abſtrahit ab exiſtentia actuali alioq̄n ſcia poſſet quādoq̄ eē q̄nq̄ non eē: ⁊ ita ñ eēt ꝓpetua: ſz corrupta re corrūperet ſcia illi⁹ rei qō falsum est. Hoc tñ nō obſtante talia ſingularia p̄nt ītelligi ab intellectu nr̄o: et est de illis opinio vt dictū est. Singulare vero qō abſtrahit ab exñtia ē ꝓprie diffinibile ⁊ ſcibile ſcia ſpeciei et p ſe licet nō primo vt dictuz est. Ad aliud de ſcdo de alia ⁊ ad oēs auctoritates cōſules Dicēdū q̄ ſensus est ſingulariū cū p̄ciſione q̄ nō est vtiū: intellect⁹ aūt est vtriuſq̄. De hoc no. ea q̄ dicta ſunt p̄mo hui⁹ ꝛc̄. ¶ Ad tertiū q̄ hic tāgit. p. ſcz de diſtinctione cōcept⁹ gñis a cōceptu ſpeciei dicit idē doc. in hoc ſeptimo q̄ est vna opinio ponēs q̄ cōcept⁹ gñis nō est ali⁹ a ꝓceptu ſpeciei: q̄ monet ex eo qō dicit. p. in lr̄a q̄ gen⁹ nihil est p̄ter eas que ſūt generis ſpēs. Jt ē q̄ alias gen⁹ nō p̄dicaret de ſpē. ꝓns est falsū: g̃ ⁊ añs: ꝓbatio cō ſequētie: q̄ tūc gen⁹ eſſet ps ſpeciei: Sz ps formaliter non p̄dicāt de toto: g̃ nec gen⁹ de ſpē: vnde iſti dicūt q̄ genus et dr̄a ſeu ſpēs differūt ſolū penes modos ſeu rōnes cōcipiēdi eūdē cōceptū q̄ ſūt rōnes determinatiōis ⁊ determiabilis: ita q̄ rō gñis est determinabilis ⁊ ratio dr̄ie ſeu ſpē est rō determiātis: ſed iſta opinio nō est vera fm doc. qō ꝓbat: q̄ cōcept⁹ generis ē ali⁹ a cōceptu dr̄ie: g̃ est ali⁹ a cōceptu ſpēi ſicut ptialis a toti li: q̄ ſpēs eſſentialiter ⁊ formaliter ĩcludit cōcept⁹ generis ⁊ dr̄ie: ⁊ ſic cōcept⁹ gñis ē ali⁹ a cōceptu ſpēl nō totaliter ſz ptialiter: ꝓbat añs: q̄ dr̄a nō pticipat gen⁹ nec ecōuerſo: ſunt ei oīno alterius rationis: vnde cōcept⁹ gñis est its alius a cōceptu dr̄e qō ē p̄mo diuersus ab ea in nullo cōueniēs cū gen⁹ includat differētias ſuplozes nō aūt dr̄a vt ſtatim oñdet. ¶ Et ſi queras q̄d determinate cōcipiat p gen⁹ ⁊ dr̄am. Respondet q̄ p dr̄am cōcipit vltim⁹ actus q̄ ſpēs est illud qō est cōpletare: ⁊ p gen⁹ cōcipitur potētiale reſpectu illi⁹ act⁹ vltimi: hoc declarat ſic: q̄ fm p̄bm in hoc ſeptio dr̄ q̄ ſicut rō. i. diffinitio ſe hz ad rē ſic ptes rōnis ad ptes rei: in ſpē aūt q̄ ꝓprie diffinit nō ſunt niſi due p ſeptes eētiales ſcz act⁹ vltim⁹ q̄ ſpēs est id qō est et poñale reſpectu illi⁹ act⁹ vltimi. Dr̄a g̃ vltia ſpecifica a q̄ ē vnitas rei ⁊ dr̄onis cōpletiue includit p ſe p̄ciſe de ſuo p ſe intellectu actū vltimū in rē q̄ est cā vnitatis rei cōpleta: gen⁹ aūt primū p̄ciſe ĩcludit p ſe ꝓprīū poña le reſpectu illius act⁹: ne aūt habeam⁹ ponere ꝓcept⁹ generis ⁊ dr̄ie eē fictiones optet q̄ ill' corrēſpōdeāt aliq̄ in re diſtincta ex rei natura circūſcripta oī opatione intellect⁹: ſz talis differētia hz gradū fm qō gen⁹ et dr̄a p̄nt ſumi ab alia ⁊ alia re ſi ſint diuerſe forme puta in hoīe ita q̄ ab vna ſumak gen⁹: et ab alia dr̄a: vel p̄nt ſumi ab alia et ab alia realitate: puta ſi ſit ſpecies ſimplex vt albedo: primo mō dr̄ differētia realis: ſcdo vero dr̄a formal': vtra q̄ tñ ex nā rei. ¶ Ad p̄mū in oppoſitū dico q̄ illa auctoritas allegata trūcatur vñ addit in fine illi⁹ aut ſi ē: ē q̄dē vt mā et hec ps diſtinctie ē vera vt declaratū ē ¶ Ad ſcdm nego añaz ad ꝓbationē cōcedo q̄ cōcept⁹ gñis ē ptialis: ps aūt lz nō predicet p modū ptis tñ ſignificata denomiatiue p̄dicet de ſpē: ⁊ vt ſic ſignat totū vel ptē p modū toti⁹: vt ait auicē. ī q̄nto metaphice. Jn abſtracto ūt vltima abſtractiōe ñ p̄dicāt: vñ illa ē falsa hō ē

252

alitas. ¶ Cōtra q; p̄dicatio denoiatia excludit p̄dicationē q̄d: sz gen⁹ p̄dicatur ō spē in q̄d: g cc. Rñ⁹ duplex ē denoiatio: vna sbiecti ab accñte alia toti⁹ a pte eēntiali: p̄ma ipedit p̄dicationē i q̄d scōa aūt ñ excludit: taľ ē denoiatio spēi a gñe gen⁹: ei ē ps eēntiaľ spēi: ¶ Quā tū ad quartū qō tāgit hic. p. scz de eo q̄ icludit ōria inferior dicit idē doc. q̄ est q̄dā opinio ponēs q̄ ōria gñis inferioꝛ includit formaľ ōraz supiorē: Tū q; p̄dicaľ de ea in abstracto ꝛ p se p̄mo⁹: dicit ei b. p. q̄ fissio pedū ē q̄dā pedalitas: tū q; hic ōr q̄ ōravltia seu finalis ē suba rei qō nō eēt nisi icluderet alias p̄ceden tes: aliter nō eēt tota suba rei: tū q; b ōr q̄ in suba nō ē ordo: sz si inferior nō iclu dit supiorē erit ordo q̄ vna erit p̄or altera posterior. ¶ Sz ꝫ hāc opinionē Arguit: q; si sic erit ꝓcessus infinit⁹ i ōrijs ñs ē falsū: g ꝛ añs: pbatio ñe: q; si differētie īferiores icluderēt supiorē: g essent ōrentes: q; ōra sūt ad aliq̄d idē entia. In aliq̄ g ꝓuenirēt scz i ōra supiori ꝛ differrēt ōrijs: ꝛ tūc vltra q̄rā de illis ōrijs: vt; includāt ōraz supiorē q̄re vł ꝓcedit in īfinitū: vel stabit ad aliq̄s q̄ i nullo ꝓueniunt: nec includūt aliq̄d cōe. Itē sz pbm hic i lra oīs dio daľ p gen⁹ p̄mū ꝛ differētias ītermedias vsq; ad vltimā: vel p gen⁹ p̄rimū: ꝛ ōram vltimā specificā. Si p̄mo⁹ sequit ꝫ te nugatio: q; tūc ordnia itermedia poneret i dione ꝛ vltia icludit oēs ītermedias vt dicis: g ordnia ītermedia dicet bis semel in se ꝛ semel i ordnia vltia. Sc̄o⁹ seq̄t adhuc idē q; gen⁹ p̄rimū icludit suā ordnia cōstitutiuā ꝛ vltia ordnia icludit eā sūr vt dicis: g bis dicet: puta diuidendo aīal rōnale: q; sensibile icludit i aīali qō cōstituit ꝛ irroāli pte: g bis dicet. ¶ Dicē dū ē g q̄ ordnia inferior nō includit formaliter ordnia supiorū. ¶ Ad arguñta in oppositū: Et p̄mo ad illud pbi dicēt, q̄ fissio pedū ē q̄dā pedalitas Dico q; illa aucēctas ē itelligēda non p̄dicatiue sz diuisiue. Non ei plus vult pbus nisi q̄ ordnia diuidat in īferiores qō ꝑs p eū in littera. Dicit ei q̄ in dionib⁹ in q̄b⁹ sūt multe ordnie optet nō solū diuidi gen⁹ in ordnias: sz etiā diuidi ordnia p̄mā in scōam q̄ scz sit ordnia p se ꝛ non p accūs sicut si aliq̄s velit bñ diuidere hñs pedes nō dicet aliud alatū aliud nō alatū: q; iste nō sūt ordnie p se habētis pedes vt sic sz ōz dicere aliud ē habēs pedes fissos ꝛ aliud nō fissos: q; fissum ꝛ nō fissum sūt ordnie pedis p se. Et ī dicit q̄ fissio ē q̄dā pedalitas. i. ē oria p se diuisiua hñtis pedes. ¶ Nota tñ q; b dicit. p. vbi nō p̄nt assignari ordnie p se: q; plerūq; sūt nobis ignote optet assignare differētias accñtales q̄ sūt q̄dā signa ordnium essentialiū. Ad scōm reducit ꝫ ipm q̄ dicit q̄ oria ē tota suba rei: cū ei dio indicās eēntiā rei nō solū icludit oriam sz etiā gen⁹ ꝛ ꝓcept⁹ gñis sit ali⁹ a ꝓceptu orie vt visū est: seq̄t q̄ oria nō dicat totā subam rei. Dicēdū g q̄. p. nō intēdit dicere q̄ oria vltia sit tota suba rei: nisi cōpletie vt dictū ē p⁹. Ad tertiū reducit etiā ꝫ ipm: cū ei i suba sit mā ꝛ forma: ꝛ forma sit magis ens q̄ mā: seq̄t q̄ i suba erit ordo prioris ꝛ posterioris ꝑfectionē. ¶ Dictū g pbi ē intelligēdū q̄ in suba nō ē ordo. i. in his q̄ ptinēt ad rōnē sbalē: talis q̄ ali⁹ ꝛ ali⁹ ordo tollat ꝛ faciat nugationē: vñ ꝛ p̄us dicit q̄ sī ē nugatio addēdo oriam p̄or posteriori qō pari rōne erit ecōuerso. Hec materia tractaľ a doc sub. xj. di. q̄rti sñiaꝝ. q. 3.

Quoniā vero de substātia

¶ Postq̄. p. determinauit de suba ꝑm q̄ suba ōr q̄ q̄d ē: b determinat ō suba ꝑs qō vł a q̄busdā ōr suba sicut ei dictū ē i h⁹ septio. c. ktio. q̄ plō ponebat ideas, eē subas sepatas a sēsibilib⁹ q̄s dicebat eēvltia ꝛ p̄dicari ō idiuiduis spēz p̄dicatione dicēte h⁹ ē hoc. p. g arguit hic q̄ nō ē talia dare vltia in re. ¶ Ad euidētiā cui⁹ notādū ꝑm sco. h: ꝛ. iij. di. scōi sñiarū: q̄. p. nō intēdit hic negare q̄n vł sit aliq̄d i re īmo oppositū ē de mēte ei⁹: ꝫ intēdit q̄ nō sit aliq̄d in re eo⁹ q̄ ponebat plō: ꝛ hoc solū pbāt rōnes ei⁹. ¶ Ad ō clarationem āt quo vltia sūt i reb⁹ ꝛ quō

nō. Primo ponā aliqs distinctiones deinde aliqs pclones. ¶ De ꝑmo sit illa ꝑma distinctio: q duplex ē ītētio ꝑma scz & scōa: voco aūt ꝑmā intētionē ipam rez positā ī eē ognito seu intellecto: & ōr ꝑma ītētio: qz res ōr ītētio ñ quōcūqs res ꝯ intellecta & cognita: voco aūt intētionē scōam q̄ndā relationē seu cōpationē intellect⁹ seu opationē q̄ ītellect⁹ cōpat vnā ꝑmā intētionē vel vnū p° ītellectū ad aliū ꝑmo ītellectū. Exēplū ītellect⁹ ītelligēs hoīez & aīal cōpans vnū ad aliud fm rōnē pdicabilis & subicibil: q̄ cōpatio ex pte aīal ōr gen⁹: & ex pte hois ōr spēs: et sic fm diuersas cōpationes format ītellect⁹ diuersas scōas ītentiones puta gñis spēi indiuidui & hmōi. ita q̄ oīs scōa intētio ē formal' relatio rōnis. ¶ Scōa distinctio sit hec q vle cū sit vnū ꝯcretū pōt accipi dupl'r vno° ꝑ ꝑse significato qō ē vlita & scōa ītētio: q̄ scz ē q̄dā relatio rōnis ī pdicabili ad illō ō q̄ ē pdicabile: & habēt respectū rōnis signifi cat h° nomē vle ī ꝯcreto sicut & vlitas ī abstracto. Alio° accipit vle ꝑ illo qō de noīat ab illa ītētiōe vlitat⁹ qō ē aliq̄ res ꝑme ītētiōis: qz scōe ītētiones applicāt ꝑmis: & hoc scōo° pt adhuc accipi dupl'r. vno° ꝑ illo qō ē q̄si subiectū remotū denoīatū ab ītētiōe: & sic nā ōr absolute vle q̄ten⁹ nō ē de se hec: & ita nō repugt sibi ex se dici de ml'tis & nā sic accepta ē indeterminata ꝑtatie seu negatie. Alio° pōt accipi ꝑ subiecto ꝓpinq̄ qō ē ipa nā ideterminata ꝟie vt scz ꝓiūcta ideterminatiōi actuali q̄si habitui ꝟrio: & hoc° nō ē vle nisi nā sit actu ideterminata ita q̄ sit vnū ītelligibile nūero dicibile de o supposito. & h° ē ꝓplete vle. ¶ Tertia distinctio sit hec q eē ī intellectu ꝓtingit dupl' vno mō subiectie vt spēs act⁹ et habit⁹ sūt ī aīa. Alio° obiectie sic mō loq̄mur et h° mō dupl' vno° habituali': et p° q̄n videlz ē ibi p spēm manētē ī intellectu ī mediate motiuā ad ītellectionē. Alio° actuali' et secūdario puta q̄n iā actu mouēt et intelligit: scōs mod⁹ ifert ꝑmū nō ecōuerso: ptz de se. ¶ De scōo sit ista ꝑma pclo vle sūptū ꝑmo° scz ꝑ ītētiōe nihil ē ī reh⁹ scz ī ītellectu tm̄. hoc oñdit sic: qz puꝛens rōnis nihil ē in reh⁹ extra: scz vle sic acceptū ē hmōi vt p3 ex ꝑdict⁹: & tē. vñ ista ꝯgatio q̄ ē ītētio scōa ñ ē nisi obiecti ue ī ītellectu ꝯpāte. ¶ Scōa pclo sit ista vle sūptū scōo° scz ꝑ obiecto remoto ītētiōis ē vere aliq̄d ī reh⁹: h° ꝑbat sic qz h° qō circūscpto oī actu ītellect⁹ vere ē ē ℞e aliq̄d ī reh⁹: scz vle sic sūptū ē hmōi qz circūscpto oī actu ītellect⁹ nā lapidis q̄ ē ex se nō ē deꝛmīata: scz indeterminata vere ē: & tē. Itē q̄ q̄d ē absolute sūptū ē vera res qz ē ꝓncipiū & cā: vt ō dic. p. scz ipm qō q̄d ē absolute sūptū ē vle: tale ei vle exꝑmit ꝑ dionē & icludit ī ea eēntialit & ꝑ se: vt sic ꝑsiderat a metaphico: & tē. ¶ Scz ō ista nā sic accepta & idfferente q̄ scz nō possit esse sine singularib⁹ tm̄ ō se nō est hec: ꝑt dubitari an hēat aliquā vnitatē realē saltez mīoꝛez vnitate nūerali qz certū est q ñ est vna vnitate nūerali exq̄ ponit nō esse hec: ℞ñ° q sic. ꝑpter qō sit scōa pclo vle scōo° sūptū est vnū aliq̄ vnitate reali mīoꝛe vnitate nūerali: q̄ q̄dā vnitas ē ei⁹ passio. ꝑbat qz si mile & eq̄le fūdāt sup vnū ex. 5. h⁹ ī. c. ō ad aliq̄d: scz nllo ītellectu exīte ē real' silitudo albi ad albū fm albedinē: g aliq̄ realitas ē ꝓximū fūdamtū illi⁹ relatiōis realis: qz relatio real' non fūdāt sup ens rōnis formali'. Nō ē āt hec vnitas nūeral': ptz qz hoc albū & illō nō sunt vnū nūero qz nihil vnū nūero ē idē sibi ipi: g ē aliq̄ vnitas real'. Preterea si oīs vnitas realis & nūeral': oīs diuersitas erit nūeralis: ꝓns est falsū: g & añs: ꝑbatio ꝓne qz vnū & multa idē & diuersū sūt opposita ex. ꝓ. hui⁹. Et totiēs ōr vnū oppositoꝛ q̄t modis reliquū ex ꝑmo topico ꝓ: & sic si tm̄ ē vnitas real' nūeral' tm̄ erit diuersitas numeral' realis & sic tm̄ differt sortes a platone quātū differt a bucnello: & sic ītellect⁹ nō posset abstrahere a sorte & platōe aliqō cōe magis q̄ a sorte & bucnello: & tūc qōlibet vle est purū figmentū qō est absurdū. ¶ Quarta cōclo sit ista vle tertio mō sūptū scz qō ē ideterminatū ꝟie fm illud qō est in reh⁹: ꝑbatio hui⁹ qz relatio addita nature qō ē eē ī ītellectu

habitualiter habet fundari in re sed natura ꝼm illud qđ est in re habet istam relationē: ergo illud quod est vle est in re. vñ pōt dici q vle ē in re sic itelligēdo q eadē nā q̄ ē in existētia determīata p gdū singularitatꝫ ē idetermīata in itellectu obiectīe: ⁊ vtbz hāc relationē ad intellectū vt ad cognoscēs ē indeterminata ꝛr'e indeterminatiōe sibi data p itellectū ⁊ sic ē cōpletū vle. ¶ Quīta ꝓclo sit ista vle hoc tertio° sūptū ē in itellectu habitualr ō nc̄cite: ꝓbaꝫ q: si vle actu tm eēt in re ⁊ nō intellectu: tūc itellect⁹ agens supflueret: itellect⁹ ei agēs ꝼm cōmētatorē facꝫ vlitatē i reb⁹. Itē tale vle ē vnū itelligibile nūero dicibile ō q̄libet supposito ita q itellect⁹ attribuēdo ipm diuersis singularib⁹ attribuit idē obiectū nūero pluries ꝛceptū vt p̄dicatū plurib⁹ subiectꝫ dicēdo h° ē h° : vt dictū est. Sz ipossibile ē q aliq̄d idē oīno in re existēs sit idē itelligibile nūero: et sic attribuaꝫ diuersb: lz ei alicui existēti i re nō repugnat eē in aliq̄ alia singularitate ab illa in q̄ est nō tm illud vere dici pōt de q̄libet iferiori nisi p itellectū abstrahentē ⁊ p̄dicātē illud de multis: g ⁊c. ¶ Si arguit ꝫ dicta signāter ꝓtra scōam tertiā et quartā ꝓclonē q vle nō sit aliq̄d in re qz sic logica q̄ ē de vli eēt scīa realis qđ ē falsuz. Rñsio: q logic⁹ nō ꝓsiderat res pse nisi q̄ten⁹ fūdāt scōas itētiones q̄s logic⁹ p ꝛsiderat: ⁊ rōne hui⁹ nō dz artifex realꝫ lz rōnalꝫ vel intētionalis. de hac mā vide ea q̄ dicta sūt pmo hui⁹. ¶ Postremo q̄ ad hūc septimū videdū ē ō plā litate formaꝝ vt eī dicit sco. i h° 7mo ⁊ xj. di. 4. sniarū: ē q̄da opinio tenēs seu ponēs q i q̄cūq viuo seu aīato ñ oportet ponere nisi vnā formā scz aīaz: q̄ q̄dē est vna realr: lz plesvirtualr ptinēs formā mixti ⁊ ples pfectiones ꝼm qs ostituit diuersa orgāna q̄ sūt ꝓncipia ipfecta diuersarū operationū. Et arguit ꝓ hac opinione p. p. dicētē in h° 7mo q̄ man⁹ mortua nō est man⁹ nisi equoce ex q vr q man⁹ nō hz aliquā formā ꝓpriā. Itē arguit sic ñ ē ponēda plalitas sine nc̄cite: lz i. p posito nō ē necessitas ponendi ꝓles tales formas cū vna pfecta possit q̄cq̄d ille plures ꝝrū illa ē virtualr ꝓtētia. Itē ex plurib⁹ distinctꝫ nūero no fit vnū nūero ptz g multo min⁹ ex duob⁹ distinctꝫ et spē vel plurib⁹ q̄ magꝫ orīt. ¶ Preterea ex duob⁹ existētib⁹ actu nō fit vnum ꝼm arꝫ. ex h° 7mo: lz plures forme sunt plura actu qz forma ēntialr ē actꝰ. aīal aūt ē aliqđ vnū: g nō pōt cōstare ex pluribus ptib⁹ habētib⁹ plures formas. ¶ Preterea vni⁹ entis ē vnū eē: vnū eē ē ab vna forma: g vni⁹ entꝫ ē vna forma Sz ista opinio nō ē vera: ⁊ ꝓbaꝫ sic: qz aīa sepata remanet corp⁹ sine noua gnatiōe: g i corpe est forma cōpeitatꝫ cū mā nō possit eē naturalr sine forma. Silr ps aīal' vt man⁹ pōt separi ab aīali sine gnatiōe: lz nō manz in actu post sepatiōnē p formā toti⁹: pz g p formā ꝓpā quā habebat p⁹. ¶ Dicēdū g q in q̄libet viuo pt̄ formā aīati ē alia forma corpeitatꝫ vel mixti ⁊ pter has q̄ sūt cōes toti aīali, vel viuo sūt alie ptiales specifice distincte tot q̄t orgāna distincta. ¶ Ad rōnes i oppositū: ad pmū dicēdū q man⁹ pot cōsiderari duplr: vel man⁹ vt man⁹: vl'man⁹ vt est orgānū officiale ad exequendū op⁹ vite: sic de oculo ⁊ alijs silr: si pmo sic dico q ē man⁹ vniuoce quādiu manz sub forma man⁹. si scōo mō sic ē man⁹ eq̄uoce qz sine aīa nō pōt exercere op⁹ vite sicut nec oculus videre. ⁊ sic itelligit. p. ⁊ nihil ꝫ nos. ¶ Ad scōm pz necessitas ex argumēto ꝫ opinionē qz ps sepata n pōt eē sine forma ꝓpa. ¶ Ad ltūm cū dz q ex plurib⁹ distinctꝫ ⁊c: nego ꝓnaz qz quāto aliq̄ sūt magis vnū idēptitatꝫ vnitate tāto min⁹ sūt nā vniri ad cōstituēdū vnū p se: exēplū albū ⁊ nigrū sūt magis vnū g materia ⁊ forma q̄ sūt oīno alteri⁹ rōnis: lz tñ ex mā ⁊ forma fit vnū p se nō aūt ex albo ⁊ nigro lz sint idē gñe. proximo. ¶ Ad quartū cū dz q ex duob⁹ entib⁹ actu ⁊c. Dico q verū est quādo sūt in actibus vltimatis ⁊ nō carent pfectiori actualitate: sed sic non est in ꝓposito: quia omnia precedentia sunt in potētia

respectu cōis ⁊ ꝑfectioris. ¶ Ad vltimū cū dicit̄ vnius entis ē vnū esse Dico ꝙ verū est totale et cōpletiuū scz esse toti⁹ cōpositi: ⁊ tale est principaliter ꝑ vnam formā scz vltimo aduenientē oībus p̄cedentibus. ⁊ hoc modo totū cōpositū diuidit̄ in duas ꝑtes essentiales scz ī actū vltimū ⁊ potentiam ꝓpriā illi⁹ que īcludit materiaz primam cum omnibus formis p̄cedētib⁹: sed ex hoc nō sequit̄ q̄n sint plures forme ꝑtiales dantes plura esse partialia nō tn̄ speciuoce cōstituens illud cōpositū: sed tanq̄ quedā inclusa ī potentiali illi⁹ cōpositi. hanc materiam tractat duffuse idem doc. vbi s̄. q. tertia arti. ⁊. so. j.

Incipit liber octauus.

Ex dictis nāqz si logizare oportet ⁊ colligentes. ¶ Postq̄ arſ. in septimo determīauit de ꝙ quid ē seu de eēntia rerū sensibiliū ꝑ rationes logicas: hic ꝯñr determīat ꝑm p̄ncipia rerū sensibiliū que sunt materia et forma ostendēdo quō in diffinitionibus oꝑtet ꝙ vnū sit vt materia: aliud vt forma: gen⁹ eī se habet vt materia: dr̄ia vero vt forma: de quo sufficiant que dicta sunt septimo hui⁹ vnde in hoc octauo tm̄ ꝑscrutabor d̄ quattuor dictis que h̄ tangit ph̄s. ¶ Primū ē ꝙ diffinitiōes seu forme rerū se habent sic nūeri: si em̄ aliquid addat̄ seu subtrahat̄ alicui nūero etiā si sit illud minimū nō erit idē numerus ꝑm spēm: minimū em̄ in nūeris ē vnitas: que si addat̄ ternario: surget q̄ ternari⁹ que est alia species numeri: sic ī diffinitionibus quocūqz addito vel ablato est alia diffinitio vl̄ alia natura speciei: si em̄ ad diffinitionē aīalis que est sub̄a aīata sensibilis addas rōnale ꝯstituis spēm hominis. Si āt abstrahis sensibile cōstituis spēciē plāte qz vltīa dr̄ia dat speciem. ¶ Ad cui⁹ euidentiā notādū ꝙ est quedā opinio ponēs ꝙ in q̄ddi tate formarū naturaliū suscipientiū magis ⁊ min⁹ nō est dare gradus in trinsecos ꝑm quos ip̄e suscipiāt magis ⁊ minus: ⁊ habet ortū cū ex eo qd̄ dictū ē ꝙ forme sunt sicut numeri: ⁊ sic numerus stat ī īdiuisibili ita ꝙ sibi nihil pōt addi vel diminui quin mutet spēm: sic est de forma ⁊ ꝑ ꝯñs nō habet gradus: Tum qz ille gradus additus vel ꝑtinet ad q̄dditatē speciuocā vel nō: si sic: ergo albedo remissa nō erit ꝑfecte in specie a ībedinis: qd̄ est falsum: Si nō: ḡ albedo intensa erit vnū ꝑaccidēs: qz includit graduz qui nō ꝑtinet ad ei⁹ essentiā: Sz illa opinio nō est vera: impossibile est em̄ aliquā formā cōicare se alicui ꝑm magis ⁊ minus: nisi in sua essentia habeat gradus: alioquin ꝑm eūdē graduz ꝑticiparet̄ a quocūqz supposito: sed forma talis cōicat̄ alicui ꝑm magis ⁊ minus vt supponit̄: ergo in sua essentia habet grad⁹. ¶ Pro cui⁹ declaratione ꝑm mētē sco. xvij. di. primi sn̄iarū. q. 4 prio aliq̄s cōclusiones declarabo. Scd̄o ad dubium aliter respondebo. Quātū ad primū sit hec p̄ma ꝯclusio: aproximiatio vel remotio a suo cōtrario nō est cā suscipiēdi magis ⁊ min⁹. ꝓbat̄ tū. qz eandē virtutem possunt aliqui diuersi ꝑticipare ꝑm magis et min⁹ nō ꝑticipādo aliquid de vicio ꝯtrario puta tꝑantiā vl̄ iusticiā: Tū qz in statu innocētie fuisset ꝑm magis ⁊ min⁹ gratia in diuersis: ⁊ est modo d̄ facto in beatis vbi tn̄ nullū fuisset cōtrariū nec est de facto in beatis. ¶ Scd̄a cōclusio est ista: nulla forma suscipit magis et minus ꝑm dispositionez subiecti: vel ꝑm esse in subiecto ei⁹ essentia remanente immutata. ꝓbat̄ qz habito termīo ꝑm rationē qua termin⁹ est cessat motus: qz habitib⁹ p̄ñtib⁹ cessat oīs motus ⁊ generatio: ex p̄mo de gñatione: sed ꝑ te in principio calefactionis habet̄ calor ꝑm rōnē qua termin⁹ est scz ꝑm esse ꝑfectū: ḡ in principio cessabit ille mot⁹ qd̄ ē absurdū dicere: ꝓbat̄ qz omne qd̄ mouet̄ habet aliq̄d de termino a quo et aliq̄d d̄ termino ad quē: ex q̄nto ph̄icoꝝ: ḡ ī p̄ncipio calefactionis in ip̄o calefactibili ē

254

aliq̃d de essentia caloris: si g̃ eẽntia caloris nõ suscipit magis ⁊ minus in p̃ncipio erit calor pfectissim⁹ fm quẽ modũ ẽ ter min⁹ motus: g̃ ⁊c. ¶ Tertia dcło sit ista q̃ radicatio maior vel minor forme i mã nõ est cã suscipiẽdi magis ⁊ min⁹. hoc oñ dik sic: qz illa radicatio vel ẽ aliquid aliud distinctũ a forma radicata vel non. si nõ: habek ꝓpositũ: qz cũ illa radicatio sit maior ⁊ minor: g̃ ⁊ forma: si aliq̃d est distinctũ vel ẽ forma absoluta vel respectiua: si absoluta habek ꝓpositũ. Silr si respectiua hr̃ ꝓpositũ: qz magis ⁊ mmus in forma respectia ozik ex magis ⁊ min⁹ i absoluta. ¶ Quãtũ ad scm̃ articulũ: p̃mo aliq̃ p̃mittẽk: scło veritas ex his vubij ostendek. ¶ De p̃mo sciendũ q̃ q̃dditas ẽ duplex: quedã est speciuoca quedã indiuidua. Circa qd̃ notãdũ q̃ in hac aledine ẽ tria cõsiderare: p̃mo natura speciuocã: scło graduz indiuidualẽ q̃ est tãtitas eẽntie indiuidui: tertio dr̃am indiuidualez qua indiuidua albedo est hec: scło qz gradus arguit n̄titatẽ aliq̃: iõ notãdũ q̃ triplex est quãtitas scz quãtitas molis vel dimẽsionalis: ⁊ quãtitas pfectiõis q̃ respicit eẽ rei: ⁊ n̄titas virtualis que respicit agere: ⁊ forte scła incidit cũ tertia q̃ten⁹ agere dat intelligere esse. ¶ Tertio videndũ q̃d sint isti gradus formarũ: de quib⁹ nũc ẽ sermo: vnde assigno talẽ descp̃tionẽ. Gradus forme de q̃ nũc est sermo est portio pfectionalis forme speciuoce extra ei⁹ cõceptũ q̃ddatiuum ipam forma speciuocũ infra suũ cõceptũ eẽntialiter includẽs inclusa realiter intra cõceptũ indiuidui. ista descriptio satis est euidẽs ituẽti. ¶ Quarto videndũ est quales sunt isti gradus. Circa qd̃ sciẽdũ q̃ gradus q̃dã sunt eẽtiarũ: quidã vero formarũ: quidã pfectioni vnitiue cõtentarũ in aliq̃ vno: ⁊ hoc vltio mõ intelligo gradus de quib⁹ nũc g̃rek. Ex his cõcludik q̃ diuersitas hoz g̃duũ ñ diuersificat spẽz cũ sint portiões eiusdẽ forme specifice ita q̃ forma specifica est idiuisibil̃ quãtũ ad gradũ speciũ: diuisibil̃ vero quãtũ ad g̃dũ pfectionalẽ ita q̃ pluralitas illoꝝ g̃duũ nõ ẽ ponitiue intra cõceptũ specificũ forme specifice: sz sosũ pmissiue: sz ẽ intra ꝓceptũ indiuiduoꝝ positiue ita q̃ indiuiduũ ꝓstitutũ ex forma specifica ⁊ ꝓprietate individuali cõtinet vnitiue illos gradus.

Gradus formarum

¶ De scło dico q̃ forma suscipiẽs magis ⁊ min⁹ hz intrinsece dictos gradus. Dico etiã q̃ p̃cisa rõ suscipiendi magis ⁊ min⁹ est latitudo graduũ in forma siue qõ idẽ ẽ illimitatio forme q̃ pticipatur. ꝓbatio h⁹: tũ ex ꝓbatione oĩm opinionũ p̃cedẽtiũ nec videk alia via ꝓbabil̃ restare q̃ ista: tũ p simpliciũ supra p̃dicamẽta. c. de qualitate vbi recitat multas opiniões de cã suscipiẽdi magis ⁊ min⁹ ⁊ ip̃robatis eis plurib⁹ cõmẽdat opinionẽ archite dicẽtis sic: q̃litas eñ qz i finitatẽ quãdã pticipat: iõ fm rõnẽ eius est q̃ suscipiat magis ⁊ min⁹. ¶ Ad primũ i oppositũ dicẽdũ q̃. p. loquik⁹ de forma seu de q̃dditate inquãtũ exprimik p diffinitionem: hec est q̃ddtas specifica ⁊ vt sic abstrahit ab oi gradu: vt dictum est. ¶ Ad scłm dicik q̃ iste gradus non ptinet ad q̃ddtatẽ specificã vt dictũ ẽ: ⁊ cũ ór g̃ forma intẽsa erit vnũ p accñs nõ sequik: qz iste gradus: ⁊ si ñ sit ó eẽntia speciei: tũ est de essentia indiuidui vt dictũ est. ¶ Scłm dictũ ẽ phi in lra q̃ in generatione ⁊ corruptione simplr optet q̃ fiat resolutio vsq; ad materiã p̃mã. Pro q̃ sciendũ q̃ ista resolutio vsq; ad mãm p̃mã hz fieri statim vel nõ statim. Statim q̃dẽ in habẽtibus vnã formã tm̃. Non statim in habẽtib⁹ plures formas. vt in hoĩe in q̃ separata: vltia forma specifica ⁊ corrupto hoĩe: puta i morte remanet materia sub forma i cõpleta corporis q̃ nõ est in aliq̃ spẽ speãlissima sz est naturaliter i cõtinuo fluxu vsq; ad materiã p̃mã añq̃ de materia illa aliq̃d specifice distinctũ gñek qua corruptione prius ordine nature ꝓpleta introducitur ab agente naturali aliq̃ forma specifica puta forma vermis vel plante. ¶ Sed ⁊ qz vni⁹ corruptio est gñatio alteri⁹: sz bõ in morte corrũpik: g̃ statim aliq̃d ge-

Resolutio vsq; ad mam p̃mã

Hoc explicãs pendek q̃modo substãtia generat̃ et magis vel minus.

nerat: ¶ Rñdeo q̄ hō non cozrūpit in mozte cozruptione vltia ſcz quātū ad oē illud qō ē aliq̄d ei⁹: ſz ad huc remanet aliq̄ forma que fuit de eſſentia ei⁹. ꝑfecta aūt cozruptōe nc̄ario aliq̄d generabil̄: q̄ materia naturaliter nō exiſtit ſine forma: ⁊ ſic cozruptio vni⁹ ē generatio alteri⁹ ⁊ ecōuerſo: ſed in habētibus vnā ſolā formā nō opoꝛtet tm̄ expectare ⁊ ſz cozrupto aere ſtatim generaī ignis: ſi ignis debeat generari ita q̄ in eodē inſtanti tp̄is deſinat eſſe forma aeris: ⁊ in ei⁹ materia inducit forma ignis ¶ Tertiū dictū pb̄i in hoc octauo ē q̄ accīa nō habēt materiā ex q̄ ſz in qua. ¶ Ad cuius euidentiā de mente ſco. in hoc octauo: primo p̄mittā vnam diſtinctionem: Scōo oſtendā duplicē ꝓcluſionē. ¶ De p̄mo ſit iſta diſtinctio: q̄ cōpoſitio que ē ex natura rei circūſcripta illa q̄ ē rōnis ē duplex: quedā rei ⁊ rei: ⁊ hec cōpoſitio pōt dici realis ⁊ eēntialis. Alia eſt realitatis et realitatis: ⁊ hec cōpoſitio dicitur ſm rationes reales ⁊ ſm formalitates. Loco aūt ꝓpoſitionē rei ⁊ rei illam que eſt ex aliq̄b⁹ quoꝛ ſeparatio mutua ñ repugnātiā includit in terminis: qualis ē ꝓpoſitio ſube ex materia ⁊ forma vl̄ ex ſubiecto vel accidēte. Loco aūt ꝓpoſitionē realitatis et realitatis: que ē ex aliq̄ b⁹ q̄rū ſeparatio includit ꝯdictionē ꝓpter eoꝝ realē idēptitatē: ⁊ tm̄ vnū nō ē aliud formaliter: ita q̄ intelligāt in alio in p̄mo⁹ dicēdi p ſe ita q̄ poſſunt eſſe obiecta diſtincta formaliē: ⁊ diſtincta ꝓceptibilia diſtincte ſm̄inātia actū ītellect⁹ qualis ē ꝓpoſitio que eſt ex genere ⁊ differentia vbi etiā ſpēs ē realiter ſimplex ¶ De ſcōo ſit iſta p̄ma cōcluſio: Accīs eſt forma ſimplex ſimplicitate oppoſita p̄me ꝓpōni. hoc ptz aūcte pb̄i iā allegata. ptz etiā p auctoꝛē ſex p̄incipioꝝ dicē tē q̄ forma ē ſimplici eſſentia cōſiſtens. ¶ Scōa cōcluſio ſit hec: accidēs non eſt forma ſimplex ſimplicitate oppoſita ſcōe cōpōni: ſz ē ꝓpoſitū ex realitate gñis et ꝺ̄ie. pbaī q̄ ſimplicit̄ ſimplex a q̄cūq̄ diſtinguit̄ ſ̄ p̄mo diuerſū: ⁊ nō differēs ſz accīa nō ſūt hmōi g̃ ⁊ē. maioꝛ ptz ſz minoꝛ pbaī: q̄ albe⁹ ⁊ nigre⁹ differūt p dīentia ſ x p̄as ⁊ realr̄ ꝓueniūt i gñe puta i colore: g̃ ſūt dīentes ⁊ ñ p⁹ diuerſe. ¶ Quartū dictū pb̄i ē q̄ ex mā ⁊ forma ꝓſtituit̄ vnū p ſe. Ad cui⁹ euidētiā ſciendū ſm ſco. in hoc octauo q̄ ſicut vnū in cōi īmediate ꝓſequit̄ ens i cōi ita q̄ hec ꝓpoſitio ens ē vnū: q̄ īmediata: q̄ nullū ē nobis noti⁹ mediū ad b⁹ demōſtrandū. vt dictū fuit in p̄mo hui⁹: ita ſingula entia ſm ꝓp̄ios g̃dus entitat̄ cōſeqūtur īmediate ꝓp̄ia vnitas: nec ē alia rō diuerſe vnitat̄ niſi alia entitas quā ꝓſequit̄ illa vnitas. Exēplū ſimplicia ſūt vnū et cōpoſita ſunt vnū: tm̄ aliter et aliter q̄ alia et alia ē eoꝝ entitas: ſic̄ igit̄ oīo ſimplex ſe toto eſt ens et vnū: ita ꝓpoſitū ē ens et vnū ex p̄incipijs eſſentialib⁹ cuiuſmodi ſūt mā et forma: que ſola nā ſūt aliq̄ ens p ſe cōſtituere. Vnde ꝓpoſitū talē p ſe vnū ꝓp̄ia vnitate alteri⁹ rōnis ab vnitate ſimplicis ſicut et ei⁹ entitas eſt altera ab illi⁹ entitate: g̃ ſi queriī g̃re ex materia et forma ē vnum p ſe? Dicēdū ē cū pb̄o q̄ hec ē poſita ſcz mā illo vero act⁹ ſcz forma. ¶ Si āt q̄ras q̄re nō ſit vnū p ſe ex accidēte et ſubiecto ſicut ex mā et forma: cū tm̄ ſubiectuz ſit vt poſita et accīs ſicut actus. Dicēdū q̄ ſicut in generabili nō ē cā quare ens ē ſic vnū: ita nec ē cauſa quare ex iſtis ptib⁹ fit hoc vnū: niſi q̄ ſūt tales ptes: ex mā eſ̄ et forma fit vnū p ſe: q̄ forma ſubſtātialis eſt talis act⁹: et materia tale potētiale: Ex ſubiecto aūt et accidēte fit vnū p accīs: q̄ accīs eſt talis act⁹: et ſubiectū tale potētiale: ita q̄ actus et poſita ī telligunt̄ ꝓportionaliter vnīri ſi p ſe p ſe ſi paccidēs paccidēs: vnde iſte ꝓpoes ſunt p ſe p̄momodo note: et hui⁹ nō eſt q̄renda aliqua cauſa intrīſeca quare ſcz ex actu et potētia fiat vnū ſed ſolū extrīſeca ſcz agens ſicut dicit pb̄s in lr̄a.

Explicit liber octauus metaphiſice.

Incipit liber nonus.

Vgo de pzio ente ⁊ ad qȝ oēs alie ca. ¶ Postq̄.p. determiauit ō ente ſm q̄ diuidit̄ p decē p̄dicamēta ibi determinat ō eo ſm q̄ diuidit̄ p potentiā ⁊ actū: de quo ſufficiāt ea que dicta ſūt q̄nto hui⁹. vnde hic ſolū tangā vnū dictū phi. Ponit in hoc phi. dr̄ias inter potentias rōnales ⁊ irrōnales: q: videlicet ille ſunt oppoſitoꝝ iſte vero vni⁹ oppoſiti tm̄. ¶ Ad cui⁹ euidentiā ſm mentē ſco. in hoc nono tenebo cū pho dr̄iaꝫ p̄dictā eſſe bene aſſignatā. Primo exponit quō intelligenda ſit iſta dr̄ia. Secūdo inquireꝫ de cā hui⁹ dr̄ie. ¶ Quantū ad primū dico tria. primū dictum eſt q̄ illa dr̄ia eſt intelligenda de potētijs actiuis tm̄ vt ſit ſenſus: q̄ potentia actiua irrōnalis cuicūq̄ cōpareꝫ ſiue actiōi quā elicit ſiue termino quē ꝓducit ſic ē illius vni⁹ qȝ manēte eadē natura non poteſt eſſe alterius actiua q̄ eius cuius eſt ex ſe actiua. Frigiditas ei manēs frigiditas nō pōt eſſe ꝓductiua caloris nec elicitiua calefactionis p ſe licet faciat aliquid quo facto aliquid aliud pōt magȝ calefacere puta cū ſtringit poꝛos ne caloꝛ interius diffundaꝫ ⁊ exaleꝫ: ⁊ ita caloꝛ vnitus magis calefacit: frigus tm̄ nū q̄ calefacit directe. Similiter potentia rōnalis ſic ē actiua oppoſitoꝝ ſiue ſint p̄ria ſiue p̄dictoria q̄ manēs natura vna quātū eſt de ſe eſt ſufficiens elicitamentū oppoſitarū actionū ⁊ ſufficiens ꝓductiuū oppoſitoꝝ ꝓductoꝝ: ſi eſt oppoſitoꝝ ꝓductoꝝ. Scōm dictum eſt q̄ illa dr̄ia ſic intelligēda eſt: vt ptꝫ ex p̄dicto dicto: q̄ potētia rationalis ſit oppoſitorū actuū ſeu actionis ⁊ negationis eo. ſ. q̄ poſſit agere et nō agere. Tertium dictū eſt q̄ potentia actiua nō eſt hic accipienda ꝓ relatione potētie que ē ad oppoſitos effectus: ſed ꝓ fundamēto reſpectus qȝ eſt p̄incipiū actionis. ¶ Quātū ad ſcōm articulū. primo videndū eſt de illa dr̄ia in ſe. ſcōo de intentione pbi circa ipam. ¶ De primo ſciendū eſt q̄ p̄ma diſtictio potentie actiue ē ſm diuerſum modū eliciendi actionē. Q̄ eñ potentia agat circa obiectū hoc vel illud licet aliquo mō diſtinguat vel oſtēdat diſtictionē potētiaꝝ: nō tñ īmediate. Nō eñ potentia cōpaꝝ ad ſubiectū vel obiectū circa qȝ opaꝝ niſi mediante opatiōe quā elicit hoc vel illo modo. Iſte autez modus eliciendi ꝓpriā opationē nō potest eſſe in genere niſi dupl̄r: q: poſſ̄tia actiua aut eſt determinata de ſe ad agēdum ita q̄ quātū eſt ex ſe nō poteſt non agere quādo nō impediꝫ ab extrinſeco aut nō eſt ex ſe determinata: ſed pōt agere hunc actum vel oppoſitū: pōt etiam agere vel nō agere. Prima potentia dicit cōiter natura. ſcda volūtas: vnde prima diuiſio ꝓncipioꝝ actiuoꝝ eſt in naturā et voūltatē ſeu ꝓpoſitū ſicut patet ex ſcōo phicoꝝ. Si querit cā hui⁹ dr̄ie quare ſic natura tm̄ eſt vni⁹ determinate. i. cuiuſcūq̄ vel quozūcunq̄ eſt determinate ex ſe eſt illi⁹ vel illoꝝ voluntas aut eſt oppoſitoꝝ indeterminate. ¶ Dicendū q̄ nulla eſt cauſa hui⁹: ſicut enim effect⁹ īmediat⁹ cōpaꝝ ad cām inmediate ex ſe ⁊ primo ſiue cauſa media alioq̄n ireꝫ in infinitū: ita cauſa actiua īmediate videꝫ ſe habere īmediate ad ſuā actionē inquātū illā elicit: nec eſt dare aliam cām quare ſic elicit niſi q: ē talis cauſa: ſicut eñ calidū calefacit q: calidum: ſic voluntas vult ⁊ non vult q: talis potētia. ¶ Sed hic eſt vnū dubiū q̄ñ voluntas reducit̄ ad actū: ſi eſt indeterminata ex ſe ad agendū vel nō agendū? Reſpōdeo: dupl̄r eſt indetermiatio: quedā ē inſufficientie ſiue ex potentialitate ⁊ defectu actualitatis: ſicut materia nō hñs formā eſt indetetminata ad actū forme. Alia eſt indeterminatio ſup habūdantē ſufficientie q̄ eſt ex illimitatione actualitatis vel ſimpliciter vel quodāmō. Primo mō ideꝫmiatū ñ reducit̄ ad actū niſi priꝰ determineꝫ ab alio ad formā. ſecūdo modo indeterminatū pōt ſe determi-

nare. Si enī hoc posset habendo actū limitatū multo magis potest hñdo actū illimitatū: qz tūc nō careret aliquo: qō fuit simplr pncipiū agendi: alioqn ōs q̄ est sūme indeterminatus ad q̄cūq; actōnem in determinatōe illimitationis non posset aliq̄d agere: qō ē falsū. Indeterminatio aūt q̄ est i volūtate nō est materialis nec ipfectōis inquātū ipa ē actiua: sed ē excellentie et potentie aliqualit illimitate nō alligate ad determiatū actū: iō pōt seipam determinare. De scdo videtur ḃ dubium qūo ea q̄ dicta sūt faciūt ad intētionem pbici: qz ipe nō ponit drñiam inter naturā et volūtatē sed inter potentiā ratōnalē et irrationalem: p rōnalē soluz intelligēs intellectū vel sciam: vt patet i littera. Rñdeo q intellectus et volūtas pñt compari vel ad actus ppzios quos eliciūt. vel ad actus aliaz potentiarum inferiozū in quibus habēt aliquā causalitatē: puta intellectus oñendo et dirigendo: volūtas inclinando et impando Et patet q prima compatio ē eētialioz Primo mō intellectus cadit sub natura Est em determinatus ex se ad intelligendū et nō habet in potestate sua intellegere et nō intelligere: assentire et nō assentire ppositō. Volūtas aūt opposito modo se habet ad actum ppium eliciendum vel nō eliciendū. Et ppter hoc in viuis ponūtur due pductōes: vna p modū nature cuius pncipiū est intellectus ita q intellectus est idez pncipiū cū natura. Alia pductō ponit i diuiuis p modum volūtatis. Loquēdo g̃ sic intellectus cadit et ponit sub potētia irrationali. Nihil em ē formaliter liberū nisi voluntas Scōm hāc ergo pmam compationē nō loquit hic. p. de intellectu. Secūda aūt cōpatio videtur q̄si accidētal: qz ille potentie nō compant ad actus aliaz potētiaz nisi mediātib? actibus ppzijs: vt vidē: q̄ q̄dem actus ppzij sūt pziozes illis alijs actibus: z hoc mō intellectus nunq̄ est pncipiū alicuius opatōis exterioris sine volūtate cōcurrente et determinante intellectū. z hoc mō loq̄tur hic. p. de intellectu et alibi frequenter. Aū de volūtate vel nunq̄ vel parū loq̄tur arist. put distinguit ab intellectu: et loq̄tur ō intellectu practico q̄ est pncipiū opatio nū exterioz virigēdo potētias exeq̄ntes vbi sp cōcurrit volūtas impans executiōnē opis. Aū. p. aliqn dicit naturam cōtra artem: aliqn cōtra intellcm: aliquando cōtra volūtatem et ppositū: qō patet q p oīa illa intelligit vnū pncipium in actōibus: qz ad opus artis cōcurrunt ista tria intelligentia vnū pncipiū pfectū artificialiū. Ex quo patet q potētia rōnalis dupliciter sumi pt scz cōplete z incomplete. Incompleta quidē potētia rōnalis ē intellectus vel ars vt pcedunt voluntatem: et de tali videt hic loq. p. cum dicit q optet ipsam determinari p volūtatē aut p pheresiz: qz scz respectu extrinseci non pt aliq̄d nisi determietur p volūtatē aliūde. Volūtas enī determinatia intellectus ē potētia rōalis cōpleta: vel saltē cōcurrit ad completam: z sic verū est potētiā rōnalē eē oppositoz mō preexposito. ¶ Sed ctra p̄dicta arguit sic: Primo cōtra illud qō ōt. p. q poña rationalis est ad opposita: qz si sic: ergo aliqs pōt simul agere opposita. Consequens est falsum: vt videtur hic in littera: ergo et antecedens. pbatio conseq̄ntie: quia habens potentiam potest in illud cuius est potentia illa: ergo habens potentiam ad opposita potest simul opposita. ¶ Secundo arguitur contra illd quo dicit q potentia irrationalis est tantum vnius oppositi. qz forma solis est potentia rationalis: quod patet: sed forma solis est oppositoz: ergo potentia irrationalis erit oppositoz̄ z nō vnius tantū. Minor patet qz sol pt in oppositos effectus: dissoluit enī glaciem z constringit lutum. Confirmatur: qz in hoc nono dicitur q omnis potētia est contradictōis Et declarat hoc. p. etiā i potētijs actis. ¶ Ad primum nego consequentiam: potentia enī rationalis cuiusmodi est volūtas est contrariozum nō simul fiendarū: sed pōt se determinare ad alterutrū op-

positoꝝ. ¶Ad ꝓbatōnem dicendū sicut .p. dicit et respondet in littera q̄ habēs potentiā rōnalē nō habet potentiam faciendi oppositā simul licet habeāt potentiā simul ad oppositā Unde ibi est simul tas potentie nō potētie simultatis. Contra ī istō nūc in q̄ est vnū oppositū quero an aliud possit in eodem in esse an non. Si sic habeā ꝓpositū vt videā q̄ oppositā simul sūt. si non poña illa in hoc nūc ñ est nisi vnius oppositi. Respondeo q̄ in eodē nunc p̄t agere ad oppositā nō ī sensu compōnis sed in sensu diuisionis: q̄ sicut contingēter se habet ad vnū ita ad reliquū: sicut in eodem nūc quo sortes sedet iā p̄t non sedere in sensu diuisionis q̄ contingēter sedet: igit nō sequitur q̄ possit in oppossita simul. ¶Ad secūdum dicendū q̄ forma solis sicut quecūq; forma naturalis si ē illimitata et principiū oppositoꝝ in diuersis materijs: sicut ē illoꝝ determinate: sicut illa forma q̄ ē vnius est illius determinate: q̄ nō est in potestate sua alterutꝝ illoꝝ agere presente passo receptiuo huius forme et illius: sicut nec si esset vnius tātū: vnde sol p̄nte passiuo liquefactibili sic liquefacit quod nō p̄t nō liquefacere. Similiter se etiā habet p̄nte passo cōstringibili. ¶Potētia aūt rationalis puta voluntas agens siue circa hoc obiectū siue circa illud nō ē ꝑn cipiū ex se determinatum ſ3 ē ptātīe determinatiuū sui ad alterutrum: ita q̄ circa q̄dlibet p̄t agere et nō agere. ¶Ad cōfirmationē dico q̄ omnes potentie passiue sunt ex se contradictionis: actiue aūt sicut hic dicit. p. non ex se sed quasi per accidēs et aliunde quatenus passiuū p̄t adesse vel abesse: ſ3 hoc accidit potentie actiue: q̄ si sit irrational' necessario agit p̄nte passo ⁊ remoto omni impedimento non autē sic rationalis potentia: ⁊c.

Explicit liber nonus metaphisice.

Incipit decimus metaphisice.

Num vero dicitur multis modis. ⁊c.

v ¶Postq̄. p. in nono determinauit de ente ſm q̄ diuiditur ꝑ potentiā ⁊ actū: hic consequenter determinat de vno qđ conuertitur cum ente. Et primo determinat de vno ſm se: deinde per compationem ad multa. Circa primuz dimisso vno per accidēs ponit quattuoꝛ modos vnius per se. ¶Primus modus est scōm quem continuum dicitur vnum. Aliqđ autem dicitur continuum multipliciter. Uno modo ꝑ artem vel violentiam: vt ī bis que continuantur clauo vel colla vl̄ aliquo vinculo. Alio modo ꝑ naturam: ⁊ hoc dupliciter; q̄ vl̄ ip̄m est vniforme vt linea recta vel circularis vel non ē totum vniforme sicut due linee constituentes angulum in quo continuantur. Dicit aūt q̄ inter hos modos continuū dicitur magis vnum quod est vniforme: vt linea recta l'circular'. Nā talis linea optet q̄ habeat vnum motum. Non enī p̄t esse q̄ vna pars ei⁹ moueatur ⁊ alia q̄escat sed tota simul et vno motu mouea: tur ita q̄ eius motus est vnus et indiuisibilis loco et tempoze. Loco quidem: quia versus quamcunq; partez loci mouetur vna pars continui ⁊ alia. Tempore vero: quia quādo mouetur vna ⁊ alia sed in duobus continuis constituentib⁹ angulum: hoc non contingit. ¶Possumus enī imaginari q̄ vna linea quiescat ⁊ alia moueatur ei appzopinquans ⁊ minozem angulum constituens. Aut ab ea elongata et constituens angulum maiorem: vel etiā possum⁹ imaginari q̄ vtrū q̄ moueatur in diuersas partes: ⁊ ī dicit q̄ illud continuum est magis vnum cui⁹ mot⁹ est indiuisibilioꝛ et magꝭ simplex. ¶Secundus modus vni⁹ ſm quē aliquod totum habens aliquam formaz vel speciem dicitur vnū sicut animal di-

citur vnum: ita q hoc vnum vltra vnitatem quantitatis addit vnitatem que est ex forma ſm quam aliquid ẽ totũ ⁊ ſpeciem habens. ¶ Tertiꝰ modus quo aliquid dicit vnum est ꝙ aliqꝫ apprehẽdit indiuiſibili apprehenſione ⁊ hoc duplr. Primo eñ ipm ſingulare est vnũ ⁊ indiuiſibile qꝫ nõ potest predicari de multis. Secũdo vo vniuerſale vt ſpẽs dicitur vnũ non q dicat vnam naturam numero in multis: ſed q intellectus apprehendit vt vnũ idem in quo oĩa ſingularia cõueniũt. Reducit aũt ariſtoti. hoc quattuor mõs ad vnã rõem vnius. Naz ꝓpe vnũ ẽ ens indiuiſibile: ſz ĩ ꝑmis duobus mõis dicit vnũ q mot⁹ ẽ indiuiſibilis. In alijs vo duobus q apꝓhenſio est indiuiſibilis. Ex hac aũt rõe vnius q ſcz est indiuiſibile oñdit ariſt. q ei cõpetit rõ mẽſure: menſura nihil aliud ẽ niſi id ꝙ ãtitas rei cogſcit. Illud aũt quod est menſura ſeu ꝑ qd ãtitas rei cogſcit optet q ſit min imũ et indiſibile ſeu ſimplicit vt vnitas: vl ſm qd ſiue ſm aliquã indiuiſibilitatẽ ſm q placuit auctori inſtituentiũ tale quid ꝓ mẽſura: ſicut ẽ mẽſura pedalis. Q aũt menſura opteat eẽ aliqd indiuiſibile oñdit: q hec ẽ certa a qua non põt aliqd auferri vel addi: ⁊ iõo numer⁹ ẽ certiſſima menſura: q vnum quod ẽ ꝓncipiũ numeri ẽ oĩno indiuiſibile nullã additõem vel ſubſtractõez ſuſcipiẽs manet vnũ. Sz mẽſure generis quãtitatis imitãtur hoc vnũ qꝫ ẽ indiuiſibile accipiẽtes aliqd minimũ ꝓ mẽſura ſm q poſſibile ẽ: q ſi accipent aliqꝫ magnũ vtputa ſtadiũ in lõgitudinib⁹ et talẽtũ in ponderibus lateret ſi aliud modicũ ſubtraheret vel adderet: ⁊ hoc manifeſtat. p. in velocitate motuũ. Homines eñ mẽſurãt mot⁹ ſuos ſm motũ ꝑmi mobilis ſcz motũ diurnuz q ẽ mot⁹ ſimplex ſeu vniformis et velociſſimus habẽs minimũ de tpe. ¶ Cõſequẽter oſtendit. p. q rõ mẽſure ꝑmo ineſt quãtitati diſcrete ſiue numero ⁊ maxime vnitati. qꝫ probat: q ãtitas rei cogniſcitur ꝑ vnum: aut numerũ: per vnum quidem cum dicimus vnum ſtadium vel vnum pedem. Per numerum vo ſicut cum dicim⁹ tria ſtadia vel tres pedes. ¶ Alterius autez omnis numerus cognoſcitur per vnum eo q vnitas aliquotiens ſumpta quemlibet numerum reddit: vnde relinquitur q ratio menſure primo ineſt vni.

¶ Deinde oſtendit q ratio menſure diffinitur a numero et vno ad alias quantitates: q ſicut vnũ quod est menſura numeri quod est indiuiſibile ita in omnib⁹ generibus quantitatis aliquid vnum indiuiſibile ſm quid est menſura et principium ſicut in menſuratione linearum vtuntur homines quaſi indiuiſibili menſura pedis.

¶ Inſuper dicit q circa menſuras conſiderandum est q metrum vel mẽſura debet habere quandam conuenientiam cũ menſurato: ſicut longitudo est menſura longitudinum et latitudo latitudinum: et vnitas numerozum qui ex vnitatibus componuntur.

¶ Conſequenter oſtendit qualiter menſura tranſfertur ad quedam ſimilitudinarie dicens q cum ſit dictum q menſura est qua quantitas rei cognoſcitur nos dicimus ſcientiam eſſe menſuram rerum ſcibilium: et ſenſum rerum ſenſibilium: quia ſcientia cognoſcimus ſcibilia: et ſenſu ſenſibilia. Sed hoc eſt ſimilitudinarie: quia ſm rei veritatem ſcientia et ſenſus magis menſurantur ꝙ menſurent. Non enim quia nos aliquid ſcim⁹ aut ſentimus ideo ſic eſt in rerum natura: Sed quia ſic eſt in rerum natura: iõo vere ſcimus vel ſentimus. Unde in ſciendo et ſentiendo ſic menſuramur ꝑ res que extra nos ſunt ſicut mẽſuramur ãti ſumus in corpore per menſuram cubitalem extra nos exiſtentem corpori noſtro applicatam: ita q ſicut cubitus exterius appoſitus eſt menſura corporalꝭ noſtri: ita res ſcite vel per ſenſum apprehẽſe ſunt menſura per quas poteſt ſciri vtrum vere cognoſcimus aliquid per ſenſum vel per intellectum. ¶ Ad euidentiã huius ſciendũ q duplex eſt ſcia: ꝺã

speculatiua q̄dā practica ¶ Practica ē duplex vt dictum fuit sexto huius Quedā enī practica est ordinatiua ipsius operarij: et hec est practica vniuersalis. Quedam est operatiua inmediata: et hec est practica particularis. ¶ Loquendo de scientia speculatiua et practica primo mō ipsum scibile mensurat scientiā pro quanto talis scientia causatur a rebus: sed loq̄ndo de scientia opatiua ipm scibile habz rationē mensurabilitatis: ⁊ ipa scientia rationē mensure ex eo q̄ artificialia causāt a scientia practica: qz vnumq̄dq; artificialiū ſm hoc perfectum est: qz est ad similitudinē artis: ⁊ hoc modo se habēt omnia naturalia ad scientiā dei sicut artificialia ad sciam nostrā: qz scientia dei ē cā rerum: ita q̄ scientia dei est mensura naturalium. ¶ Deinde mouet arist. quoddam dubium vicz vtrū vnū sit substantia aliqua p se subsistēs eodē modo quo ponebant platonici. Ad quod respōdet q̄ non: qz sicut dcm̄ est in septimo hui⁹: nullū vnum potest esse substantia que scz sit p se subsistens. ¶ Deinde dicit q̄ cū ens et vnum repiantur in oīni genere ⁊ vnū habeat rōem mensure oportet q̄ in oīni genere sit metrum et mēsura omniū illi⁹ generis: vt in genere colorū albedo est mensura cū sit primū in coloribus. qō p bat: qz colores medij generātur ex albo et nigro: et ista sūt posteriores. Nigrum etiā ē posterius albo cū in nigro sit modicū de luce que facit colores. ¶ Ad cuius euidentiam sciendū q̄ duplex ē mensura: quedam mensurās p replicatōem: sicut pars aliquotiens sumpta reddit totum: et hoc proprie spectat ad genus q̄ntitatis. Alia est mensura ſm perfectōez et ista reperitur in omni genere: et ō hac loquitur hic: sic enī albedo est mensura colorum: qz ſm q̄ colores magis accedūt ad albedinē sunt perfectiores: ⁊ ſm q̄ magis recedūt ab albedine sunt imperfectiores. Similiter homo est mensura in genere animalium: ⁊ sic de aliis.

¶ Notandū insup q̄. p. hic dicit et ī de sensu et sensato q̄ colores medij generā tur ex albo ⁊ nigro nō intendit q̄ media contrariorū sint vere composita ex extremis: qz huiusmōi sūt forme simplices. vt enī dicit auctor sex principioꝝ: forma est compōni contingens simplici et innariabili essentia consistēs. Scōm ergo Scotum. xv. dist. secūdi sentētiarū: pōs accipit compōnem pro quadā conuenientia et quasi continentia virtuali: qz scz media magis conueniūt cum extremis q̄ extrema inter se eodem modo quo mixtus dicitur compōi ex elementis nō q̄ manent in mixto ſm esse nec intensuz nec remissum: sed q̄ quodlibet mixtum habet maiorem conuenientiam cum elemētis q̄ elementa inter se. vnde et forme elementorum dicuntur virtualiter manere in forma mixti: vt dictum est in primo libro de generatōne.

Opponuntur autem vnum et mul. ⁊c. ¶ Hic determinat Aristotiles de vno per comparationem ad multitudinem. Circa quod duo facit: primo enī determinat de vno ⁊ multitudīe. secundo de contrarietate eo q̄ cōsequitur multitudinem. Circa primum dicit q̄ vnum et multa opponuntur contrarie. ¶ Circa quod notandum q̄ licet vnum et multa se habeant sicut indiuisibile et diuisibile que videntur opponi ſm priuationem et habitum: tamen hoc nō obstante vnum et multa opponūtur cōtrarie. Oppositio enī que est ſm priuationem est principium quodammō oppositionis que ſm contrarietatem. vnde vocatur a pōo in hoc decimo prima contrarietas semper enī vnum contrariorum ē priuatio alterius sed non priuatio pura cum vtrunq̄ sit aliquid positiuū. Licet ergo vnitas dicat negationem vel priuationem diuisionis tamen vnū et multa opponuntur contrarie: quia vnū vltra hoc dicit aliquid positiuum: vt dictū ē quarto huius. ¶ Sed hic oritur vnum dubitū m videtur enim impossibile q̄ vnuz ⁊ multa opponantur contrarie. qz vnum constituit multitudinem: vnum antē cō

trariorũ nõ constituit aliud sed destruit:
¶ Ursus dicit aristotiles q talis opatio in qua consistit felicitas debet esse pfecta ꝛ cõtinuari pro magna parte vite. quod ꝓbatur: qꝛ sicut vna yrundo nõ facit ver: sic nec hominem felicem facẽ vna dies. ¶ Sed contra predicta arguit: qꝛ aristo. in pcedentibus arguendo contra platonem dicit q diuturnitas non variat rationem boni: qꝛ albedo vnius anni non ẽ magis albedo q̃ albedo vnius diei: dic aũt dicitur q includitur in felicitate que est optimum bonum. Rᵒ q perfectio summa põt intelligi dupliciter: vel intensiue vel extensiue. Si felicitas igit sumatur ꝓ pfectõne intensiue solum: sic non includit diuturnitatem. Si vero sumatur pro perfectõne intensiue et extensiue sumpta sic ipam includit. Unde licꝫ albedo vnius anni non sit perfectioꝛ albedine intensiue vnius diei: est tamẽ pfectioꝛ extensiue: ꝛ sic intelligitur dictuꝫ aristotilis in secũdo topicoꝝ Q bonum quanto diuturnius tanto melius. Sed contra hoc occurrit aliud dubium: qꝛ ex hoc videtur sequi q felicitas non consistat in operatõe virtutꝭ: sed in habitu ℞ tuoso: cum habitus sit diuturnioꝛ. Respondetur q consideratões phi in libo topicoꝝ non tenẽt in illis que plures habent differentias sed in his que solum vnam habent differentiam quam considerat. Unde primo topicoꝝ dicit q nõ considerat in multis distantibus bonuꝫ ergo quanto diuturnius bonum tãto melius verum est ceteris paribus. In proposito autem cetera non sunt paria: quia habitus et actus non tantum differunt per permanentius vl diuturnius et minus diuturnum. Hec ſm Scotum dist. 49. quarti sententiarũ. Ex predictis patet descriptio felicitatis scz q felicitas ẽ opatio hominis ſm optimam virtutem i vita perfecta. ¶ Consequentor declarat aristoti. descriptiõem felicitatis dñ assignatam ex eo q cum ipsa aliqualiter cõsonant ea que dicta sunt ab alijs de felicitate quod est signum et probabile argumentum q ipsa sit bene assignata.

¶ Circa quod premittit q bonoꝝ q̃dam sunt bona interioꝛa: et horum quedam sunt bona anime vt scientie ꝛ virtutes: quedam sunt bona corporis: vt sanitas vel pulchritudo. Alia autem sũt bona exterioꝛa sicut diuitie ꝛ honores cum ista dõne itaq; data conueniũt ea que a sapientibus dicuntur ponẽtibus felicitatem consistere in bonis anime que sunt principalissima bona. Hoc patet: qꝛ operationes anime in quibus consistit felicitas vt dictum est ad anie bona pertinẽt. Huic etiam sententie concordat q omnes communiter dicunt q bene viuere est esse felicem: qꝛ fere nihil aliud esse videtur vita bona q̃ bona operatio. Cum predicta etiam dissione conueniunt illi q̃ posuerunt felicitatem esse virtutem: qꝛ operatio ſm virtutem est aliquid pertinens ad virtutem. Verumtamen melꝰ dicitur q sit operatio scõm virtutem sicut enĩ melioꝛ est vsus possessionis q̃ ipsa possessio: ita melioꝛ est vsus seu operatio scõm virtutem q̃ ipsa virtus: ꝓ hanc nanq; premium acquiritur. ¶ Et ponit aristotiles exemplũ: quia agonisantes i olimpiadibus coꝛonantur: non autẽ non agonisantes licet sint viri fortissimi. sic ꝛ virtute vtentes preferuntur virtutẽ habentibus et non ea vtentibus.

¶ Circa quod notandum q olimpia dicitur ab olimpo monte qui est in Grecia Et dicitur ab oloy quod est totũ ꝛ phos quod est lux vel ignis: quasi totus luciꝺus vel igneus. Unde et celum aliquãꝺo dicitur olimpus iuxta illius montis celsitudinem. In illo autem monte antiquitus a quinquennio in quinquennium fiebant celebritates solẽnes et ludi exercitatiui humanarum virium: et vocabãtur olimpiades in quibus victoꝛes premiabantur. Ab his igitur pbs traxit exemplum. ¶ Fuerunt etiam aliqui dicentes q felicitas est virtus cum delectati-

one qui etiam cum vera vīsione concordant: quia vnicuiq; est delectabile illud quod diligit. Cum ergo virtuosus diligat opera virtuosa sequitur q operatio virtuosa sit sibi delectabilis: que quidez delectatio potior est alijs delectatōnib⁹ quia est magis naturalis cum sit partis rationalis que est nobilior pars homis per quam constituitur homo in specie. Unde virtuosus non indiget extrinseca voluptate cum habeat delectationem intrinsecam in operatione virtutis que est plurimum delectabilis pulchra et bona quod patet maxime per iudicium sapiētis t virtuosi viri: qui operatōnes virtuosas iudicat esse maxime delectabiles. ¶ Ubi notādum q licet voluptates carnales sint magis impetuose propter passiōs ab obiectis sensibilib⁹ illatas sensibus t inclinationem appetitus sensitiui Spirituales tamen sunt delectabiliores licet mundani carnalibus dediti oppositum iudicant: sed iudicium ipsorum est falsum: quia scōm Augustinum Acetuz delectationis carnalis quo sunt repleti non sinit mel suauitatis spiritualis degustare. Unde ait apostolus. Animalis homo non percipit ea que dei sūt. Per oppositum autem veraciter iudicant homines virtuosi qui habent rectum sensū circa operationes virtuosas. Unde ait psalmista: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ozi meo. Judicio igitur virtuosorum qui sunt experti delicias spirituales credendum est.

¶ Consequenter declarat arist. quomodo cum predicta vīsione conueniunt illi qui ponunt felicitatem diuitias licz nanq; felicitas non principaliter consistat i ipsis sed in operatōne virtutis secundario tamen ipsis indiget. ¶ Pro quo notandum q exteriora bona que dicuntur bona fortune aliter requiruntur ad felicitatez politicā aliter ad contemplatiuā Ad felicitatem nanq; vite contemplatiue talia non requiruntur vltra necessariam sustentationem vite: imo prosperitas temporalis contemplationi prestat impedimentum. Hinc est q phi diuitias t mundi blandicias cōtemnebant vt philosophie vacarent. Talia tamen faciunt ad quendam ornatum et pulchritudinē politice vite actiue. vnde redditur homo ciuiliter viuens contemptibilis in oculis aliorum si sit pauper ignobilis aut si pessimos filios aut amicos habet.

De causa felicitatis. Ca. V. Unde et queritur.

Hic consequēter inquirit ar. vnde causetur in nobis felicitas: an vicz proueniat a causa diuina an humana vel a casu t fortuna? Ad quod dicit si est aliquod deorum donum rationale ē illud esse felicitatem cū felicitas sit summum bonum omniū bonorum humanorum. Si autē felicitas n sit donum a deo missuz sed proueniat ab homine per studium t exercitium virtutis: nihilominus videtur esse aliquod diuinissimū cum sit premiuz et finis virtutis. ¶ Circa quod notandum q non dicitur aliquid diuinum solum qz immediate sit a deo sed quasi nos deo assimulat in quo est excellentia sanctitatis. Per virtutes autem in quarum operatōne cōsistit felicitas deo assimulamur. Loquitur autē dubie aristotiles scōm Scotum in prologo primi sententiarum: quia naturali ratione ad veram felicitatē nature humane non potuit pertingere. Per hanc nanq; tantuz peruenit ad noticiam felicitatis naturalis que habetur in hac vita que consistit in opatione virtutis et speculatione veritatis: que quidem est a deo principaliter t secundario ab homine: esse autē aliam felicitatez ratione naturali non concluſit. ¶ Licz autem aristo. dicat in duodecimo metaphisice esse vnum deum principem vniuersi qui est virtutis infinite: hic tamen substantias separatas vocat deos non per virtutis infinitatem sed per eterne beatitudis ptcipatōz. et q̄ q̄ demōes a phus dā dij nūcupētur: licz tn augus. in. 8. ō ciuitate dei: Platonici ponentes vnum

deum summũ ceterorꝝ deorum opificem. Appellat deos spiritus celestes eterna beatitudine perfruentes. Demones vero spiritꝰ eterne miserie subiugatos: vnde ibi recitat apuleium platonicũ dicentem demones esse genere anĩalia: corpore aerea: mẽte rationalia: animo passiua duratõne eterna. Ipsorꝝ nempe miseria innuitur ꝑ hoc ꝙ animo passiua dicuntur. ¶ Declarat vlterius aristo. ꝙ felicitas habet esse a causa humana cum per disciplinam et studium possit inesse omnibus non orbatis ad virtutẽ. i. non habentibus impedimentum ad opandum opa virtutis: vel ꝑ malam cõsuetudinẽ: vel ꝑ nature defectum cuiusmõi sũt naturaliter stulti. Q aũt felicitas non sit a casu vel fortuna ꝓbat ꝗꝛ cuꝫ sit maximũ omniũ virtutũ esse valde ꝑniciosum si a fortuna hominibus aduenirет: mlt̃ omagis nanqꝫ alia humana bona essent a fortuna ⁊ cessaret studiuꝫ humanũ circa humana bona exeq̃enda: qđ esset periculosissimum. ¶ Ex p̃dictis infert aris. ꝙ nullum irratõnale anĩal põt esse felix: qꝛ cuꝫ rõne careat nõ p̃t cõicare in opatõe v̄tutis: nec etiã pueri qꝛ ꝓpter defectũ etatꝫ nondũ habent ꝑfectum vsuꝫ rationis vt possint operari opa virtuosa. et si aliqñ dicãtur boni hoc ẽ ꝓpter spem future ꝑfectõis q̃ ex aliq̃bus indicijs ab eis ꝑcipitur. Ideo aũt non sũt ꝓ tũc felices: qꝛ felicitas et indiget virtute ꝑfecta et vita perfecta: vt dictum est. ¶ Inquirit vlterius arist vtꝝ aliquis sit felix cum viuat? Circa quod dicit solon ꝙ felicitas nõ p̃t haberi in hac vita sed solum post mortẽ: cum hec vita sit multis miserijs et transmutationibus fortune subiecta: sepe nãqꝫ accidit vt illi qui exterioribus bonis habundant incidunt in maximas calamitates. Iste solon leges dedit atheniẽsibus: et numeratur inter septem sapientes ab augustino. xviij. de ciuitate dei. ¶ In oppositum vero dicit aristo. ꝙ homo potest esse felix in hac vita non obstantibus infortunijs: quia in his bonis exterioribus non consistit p̃ncipaliter felicitas: vt dictum est in precedentibus. sed ĩ operationeꝫ ꝑm virtutem que non variatur per huius vite infortunia: cum virtutes sint habitus permanentissimi: sunt enim stabiliores scientijs demõstratiuis: cum ꝑm eas homines cõtinue operentur: ⁊ hec videtur esse causa vt non ꝑfiat circa ip̃as obliuio: sed felix est in virtute perfectus: ergo semper poterit operari ea que sũt virtutis. et sic optime fert omnes fortunas et in omnibus se prudẽter habebit nec in infortunijs succũbet. et ita faciliter non transmutabitur de felicitate in miseriam: sed erit sicut tetragonus sine vituperio.

Ubi notandum ꝙ Tetragonus dicitur corpus cubum: quod videlicet habet sex superficies: octo angulos: ⁊ duodecim latera. tale autẽ corpus qualitercunqꝫ iaceatur. ⁊ super quodcunqꝫ latus ceciderit semper fixe stabit: et in eadem altitudine permãebit: sic homo virtuosus nec eleuatur in prosperis nec deicitur in aduersis: ⁊ sic est sine vituperio sicut corpus vndiqꝫ quadratum.

¶ Dicit itaqꝫ aristotiles ꝙ cum operationes virtuose habeant dominium in felicitate: quia in ipsis principaliter consistit felicitas ñ sequitur propterea ꝙ beatus fiat miser propter infortuniaꝫ: quia fortunis sibi datꝫ bene vtetur: sicut pertinet ad coriarium: ꝙ ꝑm data sibi coria faciat calciamenta. ⁊ sic de alijs artificibus. Prudenter etiam se habebit circa fortunam filiorum, vel quorumcunqꝫ amicorum qui conferunt homini et ĩ malum et in bonum. Amicabile nanqꝫ est de bono amici gaudere: vl̃ de malo vt de proprio dolere. Huiusmodi autem fortune amicoruꝫ aliter conferunt viuis ⁊ alr̃ mortuis: sicut alr̃ conferunt ea que ĩ tragedijs recitantur ⁊ que fiunt in presentiam. ¶ Ubi Notandum ꝙ in theatris in quibus erant loca ludorum recitabãtur virorum illustrium gesta preclara ⁊ eorꝝ preconia et premia: vt ex hoc animentur audientes ad similia: et hec recitatõ

dicebatur cōmedia. Vñ ꝯmedia dicitur a comos quod est villa ⁊ odos quod est cantus quasi cantus viltarum. Recitabātur etiam hominum gesta mala ⁊ turpia et eorum obpropria vt ex hoc animarentur audientes ad cauendum talia: et hec recitatio dicitur tragedia a tragos grece quod est hircus latine: qꝛ traged⁹ post tragediam recipiebat hircum ꝓ munere officij sui. sicut ergo ī tragedijs minus tangebantur audientes gesta olim preterita q̄ presentia: sic minus tanguntur mortui q̄ viui ex amicorum fortunis qꝛ illi sunt vt olim preteriti: isti vero vt presentes. Unde dicit aristo. ꝙ aliud videntur conferre defunctis bone operationes et infortunia amicorum non tamē taliter q̄ felices faciāt miseros: vel miseros faciant felices: de quo magis habet videri in .4to. sentē. ¶ Ex predictis patet ꝙ felicitas naturaliter acquisita de q̄ loquitur aristoti. potest haberi in hac vita non obstantibus huius vite infortunijs: non tamen potest hic adipisci vera et perfecta felicitas omnē pēalitatez excludens que nec etiam potest ratione naturali inuestigari sed ad eius noticiam habendam supernaturalis illustratio necessaria est. Fuit tamen vera felicitas aliq̄bus gentilibus celitus inspirata sicut beato iob: sic etiā plato habuit noticiam de verbo dei in eterna generatōne humam intellectum transcendente ſm August. in octauo libro confes. Aliqui etiā gentiles temporalem eius incarnationem sancti spiritus instinctu cognouerūt. Unde tēpore Constantini fuit repertum cuiusdam gentilis sepulchrum laminam habens auream in qua erat scriptū, christ⁹ nascetur ex virgine et credo in euz. Sic sibilla erithrea prenunciauit christum filium dei mundum saluaturum fidelesq̄ et incredulos in carne resumpta iudicaturum ſm augustinum. xviij. de ciui. dī ca. xxiij. Fuit autē Sibilla circa tempus regis ezechie regnante romolo qui ciuitatem romanam edificauit. Hoc etiā modo potuit ortum habere pħorum opinio de anime rationalis inmortalitate q̄ ratione naturali non potest demonstrari: licet probabiliter possit persuaderi. Non enī omnia dicta a pħis probantur ratōe naturali sed persuasione vel vulgari opinione precedentium ſm Scotum 43. distinctōne quarti sententiarū. q. ij.

Capitulum sextum.

Eterminatis autem.

d ¶ Hic aristotiles agit de felicitatis dignitate et eius dependentia a virtute inquirens vtrum sit bonum laudabile vel honorabile. ¶ Ad cuius euidentiam Sciendum ꝙ Laus ꝯsistit in solis signis verborum: Honor autem in quibuscunq̄ signis exterioribus: ⁊ sic laus in honore includitur. ¶ Item notādum ꝙ laus et honor aliquando sumuntur large pro testificatōne cuiuscunq̄ excellentie vl' exhibitione reuerentie: ⁊ sic sepe vnum sumitur pro reliquo: ⁊ sic laudantur ⁊ honorantur non tantum bona propter aliud sed etiam bona propter se Unde de deo qui est summum bonū dicit Psalmista Magnus dominus ⁊ laudabilis nimis. Alio modo sumunt̄ stricte ⁊ sic laus est testificatio excellentie ī ordine ad aliud: et fit solum in verbis vt dictum est. ¶ Honor autem est exhibitō reuerentie in testimoniuz excellentie absolute: et potest fieri in verbis ⁊ factis vt inclinationibus munerum oblationibus ymaginum institutionib⁹ ⁊ alijs signis. Accipiendo igitur laudem proprie dicit Aristotiles ꝙ felicitas non est bonū laudabile quod est bonum propter aliud: Laus est enim virtutis in ordīe ad operationem: quia per eam sumus operatores bonorum: et hoc tam in virtutibus anime q̄ in virtutibus corporum: vt aliquis laudatur scd̄m virtutem corporis quia est fortis ad pugnandū ⁊ agilis ad currendum. Cum ergo felicitas sit bonū perfectum propter se non est bonum laudabile sed honorabile seu beatificabile. optimorum enī non est laus sed aliquod melius laude: ⁊ sic deos dicimus beatos

et optimos viros in quibus est quedam participatio diuinitatis aliquid melius laude attribuētes eis. ¶Probat etiam q felicitas sit bonum honorabile: q est principiū cuius gratia cetera omnia operamur: et sic est quasi quoddam diuinum. Nam ōs est principium et causa omnis boni. Honor autē debitus deo et sanctis distinguitur a theologis in latriam. yperduliaz: et duliā. Latria est honor soli ō debitus actu exteriori vel interiori in protestatione sui dñij. yperdulia est excellētiua reuerētia exhibita creature: et debetur humanitati christi et purissime matri eius. Dulia vero alijs sanctis: de quo i tertio sententiaz. ¶Deinde agit. p. de felicitatis dependentia ad virtutē ostendens q inquirens de felicitate debet prescrutari de virtute cum in dione felicitatis ponatur virtus. Est eñ operatio hominis fm virtutem. vnde ciuilis sciētia cuius finis ē humana felicitas circa virtutis studium videtur maxime insudare Intendit enī ciues bonos facere et legibus obedientes: sed consideratio politice ad presentem scientiam pertinet: quia in hac scientia tradūtur principia politice. Ex quo patet q consideratio de virtute pertinet ad pñtem sciētiam. ¶Quia vero felicitas est operatio anime inquirendū est de virtute anime et nō de virtute corporis: et sic inquirendū ē de ipa aīa quod probat aristo. a simili: q sicut medicus oculoz et alioz membroz corporis habet agnoscere de corpe: sic ista sciētia tanq medicina anime habet considerare de anima. Si vero in hac sciētia cōsideratur de anima ppter virtutes est tātum de ipsa considerandū inquantū sufficit ad beatitudinem et ad virtutes. Amplior autem cōsideratio eius spectat magis ad naturalem pōm. ¶Dicit ergo aristoti. q quedā ps seu partialis perfectio anime est rationalis et quedam irrationalis. Irrationalis autē est duplex: q̄dam enī nullo modo participat rationē sicut plantatiua vel vegetatiua que incipitur in plantis et in embrionibus: et in omnibus que nutriuntur. Cum aūt hec sit cōmunis hominibus et brutis et plantis ideo non est humana. ¶Ad euidentiam predictoz fm alex. de hal. in pma parte. ij. sentē. q embrio nō habet animaz se informantē: q tūc in homīe essent plures anime: cuius oppositum tenet augustinus in li. de ecclasticis dogmatibus. Sed dicitur hic aīa vegetatiua esse in embrione: q habet animam operantem aliquo modo in ipso. i. operationē aīe. In decisione eui seminis a generante delinquitur xtus in semine que inualescit et vigoratur a virtute corporis animati ipsam continentis per quam fiunt in eo operationes vegetatiue vt alimento vti et augmentari. Unde semen decisum in matrice vertitur in sanguinem et sāguis in embrionem. Embrio autē habet figuram quandam masse carnis que est in propinqua dispositione ad figuras membrorum.

Sed contra predicta arguit sic: Embrio vivit ergo habet animam se informantem. Consequentia est nota q animatum et viuens ad seinuicem paria sunt: vt habetur in libro de motu cordis ¶Probatur antecedens per aristotilem xvj. de animalibus dicentem q omne cōceptum viuit sicut viuunt arbores: et vocat conceptum semen relictum in matrice a generante. ¶Item in libro de motu cordis dicitur q ecq est viuens et adolescens. ¶Ad primum q viuere nō sumitur ibi proprie prout viuere dicitur illud quod habet animam formā sui et perfectionem. Si vero embrio sic viueret: tunc esset corpus animatum: et per cōsequens esset planta vel animal quod est falsum. Sed potest dici viuere extenso nomine vite ex influentia quam recipit a corpore continente viuificato ab anima se informante. Eo mō possunt poma dici viuere ex influentia quam recipiunt a planta cui contigua sunt que viuificatur ab anima vegetatiua. ¶Ad secundum dicitur q embrio aliquando nomine ex-

tenso dicitur fetus formatus ⁊ organisatus et hoc modo eq̄ est viuens embrio ⁊ adolescens.

Declarat vlterius aristotiles

quō ipa anima vegetatiua cuius potentia sunt nutritiua augmētatiua ⁊ generatiua non est humana: ⁊ hoc sic: ſm operationem illius qđ ōr humanū homo dicitur bonus vel malus felix vel miser: sed ſm operationem nutritiue hō non dicitur talis quia tunc homo essz maxime i sompno talis in quo potēcia nutritiua exercet maxīe opationē. Jn sōpno aūt hō non dicit felix. Unde cōmuniter dicitur q̄ felices nō differūt a miseris ſm dimidium vite sue siue ſm somnū. Jn somno nanq̄ quiescit a sua operatōne illa pars anime ſm quam homo dicitur bonus vl malus. ¶ Cōtingit tamē p accidens q̄ bonus ⁊ malus in sompno drīt ꝓpter differentiam que fuit in vigilando inquātū vicz quidē motus vigilantiū ptranseunt ad dormientes. Ea enī que homo cogitat vigilando sepe occurrūt fantasie dormientis. et ideo dicit aristo. q̄ meliora sūt fantasmata studiosoꝝ seu virtuosorū q̄ quorūlibz alioꝝ. ¶ Ad euidentiā predictorū notādū q̄ ꝓ statu isto est connexio intellectus cū virtute fantastica ita q̄ intellectus nō pōt suam operationē exercere nisi fantasia concurrat fantasiādo seu imaginando. Hinc est q̄ leso vel impedito organo fantasie vt patet in phreneticis intellectus impeditur a sua operatione. Quia igit̄ in somnis virtutes sensitiue interiores sūt impedite propter fumositatem ciborum ascendentiū ad cerebrū virtute calozis ipos in stomacho decoquētis: Jdeo intellectus tūc non pōt recte decernere quare nec meret̄ nec demeretur homo ex his que accidūt i somnis: sed consensus volūtatis precedēs vl subseq̄ns sompnum imputatur ad meritum vel demeritū. Sepe tamē ea que accidūt in sompnis sūt sequele eorum que in vigilia precesserūt. quia igit̄ hec pars anime est expars humane virtutis quomodo sit propria homis est ad presens relinquenda. ¶ Notandū q̄ in sompno nedum liganē sensus interiores sed etiā exteriores. cuius causa est: qz vapores per calorem cordis ad cerebrum eleuati ꝓpter frigiditatem cerebri ingrossātur ⁊ descendūt in quo descēsu obstruūt vias et meatus venaꝝ per quas spiritus sensitiui a sensu cōmuni tanq̄ a fonte deriuantur ad sensus exteriores. Jn sompno autē contingūt sompnia non tantū conformia dispōni anime sicut studiosus sompniat studiosa sed etiā complexioni corporis vt flegmatici sompniāt de aquis vel fluuijs. Colerici de igne. Sanguinei de aere: vt q̄ volāt vel aliquid simile agāt. Melancolici vero de terra. Accidūt etiam quādoq̄ sompnia misterio angelorū seu illusione demonū. Sompniam⁹ etiā nō solū illa que speram⁹ vel operamur i vigilia precedenti: sed etiam illa que lōgo tempore non occurrerunt nostre cogitationi. cuius ratio est: quia species talium vel consimiliū reseruātur in fantasia ⁊ ideo sensus cōmunis qui habet iudicare de obiectis sensuū particulariū cuius vsus ligatur in somno iudicat de fantasmate sibi presentato q̄ sit res cuius ē fāsma. ¶ Dicit consequenter arist. q̄ est alia pars anime que licet sit irrationalis est tamē aliqualiter particeps rationis. hec autē pars anime est appetitus sensitiuus: ⁊ q̄ hec pars irrationalis sit in homine declarat aristotiles ex conueniētia ⁊ differentia continētis et incontinētis. Conueniūt enim in hoc q̄ vterq̄ habet rationem laudabilem. Jn vtroq̄ etiam est appetitus qui contrariatur ratōni scilicet appetitus sensitiuus. ¶ Differunt autem quia incontinens vincitur huius modi appetitum sequendo passione desiderij et concupiscentie aduenientem. Non autem continens: quia appetitus sensitiuus continentis obedit rationi. ⁊ ideo licet sit de se irrationalis dicitur tamen aliqualiter cōmunicans in ratōne. Exemplum huius ponit aristotiles i corporibus. sicut enī videmus q̄ particule

corpoꝛ dissolute ex infirmitate vel ebrietate in hominibus eligentes ipsas mouere ad dexteram sepe feruntur ad sinistram Sicut nanq; ebrij contra electionem voluntatis crucem faciunt de tibijs: Ita licet ratio incontinentis preeligeret abstinendum Verumtamen passione appetitus sensitiui fertur in oppositum. ¶ Licet autem hec pars seu potentia anime obediat rationi continentis: est tamen magis subiecta in homine sobrio et temperato propter maiorem assuefactionem in operibus virtuosis.

¶ Ex predictis infert ꝓbus q̄ irrationale videtur esse duplex. Quoddam nullo modo in ratione participans vel communicans: puta planta: et sic de alijs. Alterum autem in ratione participans: vt concupiscibile: et vniuersaliter omne appetibile siue sit appetitus sensitiuus: siue appetitus intellectiuus que dicitur participare rationem scōm quod est exaudibilis vel obedientiabilis ratiōi suadenti deprecanti et increpanti admoduz patris et amicozum admonentium.

Dicit consequenter q̄ si velim⁹ illam particulam que aliqualiter participat rationē dicere rationalem tunc rationale erit simplex: Quoddam enim habens rationem principaliter siue ī seipso quod dicitur rationale per essentiam. Aliud autem sicut exaudibile et persuasibile a ratione quod dicitur rationale per participationem: et scōm hanc differentiam sumitur distinctio virtutis: quarum quedam sunt intellectuales: vt sapientia intellectus et prudentia. Alie autem morales: vt sobrietas et liberalitas.

¶ Ex ista littera mouentur quidam ad ponendum virtutes morales in appetitu sensitiuo eo q̄ diuidit philosophus virtutes morales ab intellectualibus secundum diuisionem partis rationalis ꝑ essentiam et rationalis per participationem: que pars dicitur appetitus sensitiuus: Quia sicut virtutes intellectuales sunt in intellectu: sic morales sunt in illo appetitu que est obedientiabilis rationi. ¶ Item ad hoc adducitur commentatoꝛ qui hunc passum exponens seu declarans dicit q̄ sunt in eo quod est medium inter partem plantatiuam ⁊ rationalem: et talis non est voluntas. ¶ Item alia ratione: quia in eodem sunt virtutes moderantes et passiones moderate: sed passiones sunt in appetitu sensitiuo: ergo et virtutes ipsarum moderantes.

¶ Hanc opinionem impugnat Doctoꝛ subtilis Scotus triceſima tertia distinctione tertij sententiarum ponens virtutes morales in voluntate. Quod ꝓbatur sic: Virtus est habitus electiuus: secundo huius. Electio autem est actus ꝑtis rationalis seu appetitus intellectiui ex sexto huiꝰ: sed habitus est potentie illiꝰ cuius est ꝑ se illius opatioꝛ igit̄ habitus moral' ꝑ se est ipiꝰ volūtat'. Cōfirmatur q̄ cū habitꝰ moralis ꝑficiat habentē et ipsum reddat facilem ad rationez meritoriam debet poni in illa potentia que est ꝓcipiū actꝰ meritoꝛij cuiꝰ ē volūtas

Ad argumentum Ad primum dico q̄ ꝑ. ñ distinguit virtutes morales ab intellectualibus ſm distinctionem intellectus et appetitus sensitiui: ꝓcum iusticia scōm ipsum in quinto libro ethicorum: nec sit in intellectu nec in appetitu sensitiuo.

¶ Item inquirens rationes felicitatis ī precedentibus excludit partem sensitiuaz: quia ī ista non est operatio hominis scōm q̄ homo que est operatio scōm virtutes morales.

Alterius diuidit partem rationalem in intellectum ⁊ persuasibile a ratione cuius est voluntas. Distinguit ergo ꝑbus in ꝓposito virtutes morales ab intellectualibꝰ ſm diuisionē intellectus ⁊ appetitus vlr sumptis. hoc ꝓt ex littera p̄cedenti vbi dicit q̄ est qōdaz irrationale in ratione cōicans vt cōcupiscibile ⁊ vniuersaliter omne appetibile q̄ aliqualiter ꝓticipat rōnē ſm qō est ei exaudibile vel obediētiabile: Nō seq̄

tur igit ex textu phi q virtutes morales sint in appetito sensitiuo. ¶ Notanduz est aūt circa p̄dicta q̄ phs aliqñ accipit psuasibile p rationē seu obedientiabile rōni p volūtate. Aliqñ p appetitu sensitiuo. voluntas tñ que est libera magis pprie pōt dici psuasibilis a rōne. Appetit⁹ vero sensitiu⁹ qz nō est liber non est pprie psuasibilis sz obediētialis: quia subdit imperio volūtatis que ē rōnalis p essentiā: nō aūt appetit⁹ sensitiu⁹ sed p pticipationē tm̄. Sicut aūt obediētiale rōni sumit dupliciter sic rōnale p eēntiā. Uno modo stricte ⁊ primo ⁊ sic cōpetit solū intellectui q̄ intelligit ⁊ rōcinat. Alio mō nō prīo sed large ⁊ sic cōpetit volūtati que licet sit rōnalis p pticipationē inquātū est psuasibilis ⁊ dirigibilis ab ītellectu dicit tñ esse rōnalis p essentiā inquātū impat intellectui. vnde potest intellectū cōuertere vt cōferat de hac materia vel de illa. Dicit etiam rōnalis p essentiā qz nūq̄ īuenit sine ratione. nō sic de appetitu sensitiuo qui est etiā in brutis ratione carētib⁹ ⁊ iō ē tm̄ rationalis p pticipationē. ¶ Ex p̄dictis patet q volūtas est qdā medium inter sensum ⁊ intellectū qd aliquādo dicitur ratio aliquādo psuasibile a ratione ⁊ sic mediū nūc noīat ab vno extremo nūc ab alio. ¶ Ad auctoritatē cōmētatoris dico q in appetitu sensitiuo pōt poni aliquis habit⁹ ad hoc vt delectat moueat ad obediendū rōni: ⁊ iste habit⁹ licet nō sit pprie virt⁹ qz nō est habit⁹ electiu⁹ nec inclinās ad electionē pōt tñ cōcedi aliquo mō esse virtus qz īclinat ad ea q̄ sunt cōsona rationi recte. In pte namq̄ corporis potest esse virtus ⁊ habitus sicut in manu scriptoris ⁊ pictoris: ptz sic man⁹ inexercitata est inabilis ad citharisandū exercitata aūt abilis que abilitas ponit esse quedā virtus qz est quedā qualitas abilitās ad opus virtutis. hoc etiā potest cōcedi in irrōnali sicut ī equo qui est abilitat⁹ ad quosdā act⁹ ad quos est assuefact⁹. nō aūt inuenit talis abilitas in inaīatis qz ex cōsuetudine nō facilius tendit sursum lapis. Hec aūt qualitas min⁹ pfecte habet rōnem virtutis q̄ illa que est in voluntate inclinans ad electionē vt dictū est. Et p hoc pōt rñderi ad oēs auctoritates q̄ adducerent in hac materia. ¶ Ad tertiū dico q nō ē necesse virt⁹ moderātes ⁊ passiōes moderatas eē in eodē: volūtas eñ pōt moderare passiones appetit⁹ sensitiui multipliciter: vno mō referēdo illā delectactationē ad finē psonū rōni recte. Itē impando psecutionē vel fugā fit nāq̄ passionis moderatio fugiēdo qd natū esset inmediate delectari: pōt etiā delinquere voluntas ex impio aliquē habitū ī appetitu sensitiuo inclinantē appetitū ad ea que sunt cōsona rōni recte vt dictum est in p̄cedentibus.

Explicit liber primus ethicorum.

Incipit liber secundus ethicorum.

Ca. I

Tiplici aūt virtute ⁊c. ¶ Postq̄ aris. determinauit de fine virtutis scz de felicitate in primo libro: Hic psequenter determinat d̄ his que sunt ad finē scz de vritutib⁹ Et primo determinat de virtutib⁹ in generali: deinde in spetiali. Quo ad primū determinat de virtutis generatione et corruptione et multiplici ei⁹ cōditione in hoc scdo libro. ¶ Circa qd dicit q cū sit duplex virtus scz intellectualis ⁊ moralis. Intellectualis virt⁹ vt plurimum generat ⁊ auget ex doctrina ⁊ ideo indiget experimēto ⁊ tpe. Moralis aūt virtus fit ex cōsuetudine. vnde dicit moralis a more. i. ab actib⁹ cōsuetudinarijs licet etiā ex actib⁹ cōsuetudinarijs generēt vitia sicut virtutes mos tñ pprie sumit in bonū p actib⁹ virtuosis. vñ etiaz

ipse virtutes acq̃site ex huiusmodi actibus aliquando dicunt mores. Mos etiam aliquando sumitur pro iure consuetudinario quod obtinet vum ex actibus consuetudinarijs multitudinis hominũ ¶Notandum insup q̃ experientia vno modo sumitur ꝓprie pro frequenti acceptione in multis singularibus ⁊ talis experientia generatur ex multis memorijs: vt cum homo recordat q̃ hec medicina contulit sorti ⁊ platoni tali infirmitate laborãtibus ⁊ multis alijs inde generatur experimentum. Alio modo experimentum sumitur large pro aliqua sensibili apprehẽsione. Experientia primo modo sumpta in aliquibus actibus et scientijs reperitur vt in phisica ⁊ medicina non tamẽ requiritur in omnibus Unde in mathematicis non requirit̃ talis experientia: sed experientia scõo modo sumpta: sine ipsa eñ non possunt termini cõcipi cum omnis nostra cognitio ortũ habeat a sensu Juuat etiã vt citi⁹ assentiatur cõplexioni principiorum vel cõclusionum. Sic ⁊ sepe doctores ꝓponunt discipulis quedã sensibilia signa q̃ que exprimitur applicatio principiorum ad cõclusiões. ⁊ sic ex experimẽtis generãt ars vt diffuse declaratum fuit primo metaphisice ¶Notandũ vlteri⁹ q̃ mos ⁊ experientia in hoc cõueniunt in vtrobiq̃ est actuũ frequentatio: ⁊ sic aliquãdo vnũ sumit̃ ꝓ reliquo Differũt tamẽ q̃ mos est respectu operationũ ꝓpriarũ ex quibus virtutes generant̃ in opante Experientia vero nõ solum est in operationibus ꝓprijs sed etiam in alijs vt in operibus nature: ex quorum cõsideratione generant̃ scientie. ¶Item notandũ circa eandẽ operationẽ potest cõcurrere experimentũ quo generat̃ scientia cum vsu ⁊ cõsuetudine qua generat̃ virtus. verbi gratia cum aliquis citharisat audit ⁊ incipit q̃ taliter mouẽdo manũ facit bonã cosonantiã aliter vero dissonãtiam: ⁊ ex ista auditiõe multotiẽs facta ⁊ in memoria redacta fit experientia per quã vltimo generatur scientia: ⁊ sic operatio citharisandi in tali experimẽto nõ est nisi obiectum. Ex tali autẽ operatione generat̃ per se aliqua abilitas in virtute motiua p quã manus est obediens voluntati que large potest dici virt⁹ vt dictum est capl'o ꝓcedenti: ⁊ sic pt̃ q̃ circa eandem operationem potest generari vnus habit⁹ in pte intellectiua ꝑm q̃ illa operatio est cognita: In virtute aũt motiua ꝑm qõ est exercitata ⁊ sic potest dici de virtute morali genita in voluntate ex frequẽti electione: patet itaq̃ ex ꝓmissis quõ experimẽtum valet ad generationem virtutis itellectualis: mos vero seu cõsuetudo ad generationẽ moralis. ¶Ex ꝓdictis infert aristo. q̃ nulla moralis virt⁹ ineſt nobis a natura qõ patet duplici ratione. ¶Primo sic nihil potest assuesci ad oppositum ei⁹ qõ sibi ĩ est a natura. vnde cũ lapis naturaliter ferat deorsum quantũcũq̃ sursum ꝓiciatur nullo modo assuescit sursum moueri sed homo potest assuesci ad oppositũ virtutis puta ad vitiũ: ergo virtus homini nõ ineſt a natura. ¶Item arguit̃ sic omniũ illoꝝ que insunt nobis a natura prius ineſt nobis potentia q̃ operatio: hoc patet in sensibus. Nõ eñ ex hoc q̃ multotiẽs vidimus ⁊ audiuimus accepim⁹ sensum visus ⁊ auditus: sed ecõuerso ex hoc q̃ habemus hos sensus vtimur eis sepius. Sed operando opera virtuosa accepim⁹ virtutes vt operando tpata ⁊ fortia fiunt homines temperati ⁊ fortes vnde ad hoc ferẽt intentio boni legislatoris vt assuefaciendo ciues ad opera virtutum faciat eos bonos. Aliter autẽ facientes peccant in legislatione: ergo huiusmodi virtutes non sunt nobis a natura nec tamen insunt contra naturam q̃ licet anima a principio sue creationis sit nuda virtutibus habet tamen aptitudinem naturalem ad virtutes ⁊ ꝓficiunt in nobis per consuetudinem ex operib⁹ virtuosis causatis ab anima tanq̃ a causa proxima. A deo vero vt a principali causa. ¶Circa quod notandum q̃ licet virtutes morales nõ insint nobis a na-

tura vt dictum est. Dicuntur tamen inesse homini ꝑm naturam qꝛ natura vnicuiusq; rei potissime ē forma ꝑz quā speciem sortitur. Homo autem in specie cōstituit̄ per animā rationalem: ⁊ ideo illud qd̄ est ꝑm rationem ē ꝑm naturā hominis inquātum homo: ⁊ sic virtutes dicuntur inesse homini ꝑm naturā inquātum in voluntate est quidam naturalis appetitus boni quod est ꝑm rationem. Econtra vero vitium est contra ordinē rationis ideo est ꝯtra naturam hominis inquantū homo ꝑm Augustinū de libero arbitrio. vnde in ratione hominis insunt quedā principia naturaliter cognita tam scibilium q̄ agendorum que sūt quedā seminalia intellectualium virtutum ⁊ moralium. Sic nāq; ponitur sinderisis esse quidam habitus principioꝝ in intellectu quibus intellectus ex ratione terminoꝝ virtute sui luminis naturalis acquiescit per quā volūtas stimulat̄ ad bonū ⁊ remurmurat malo vt habet videri scd̄o sententiarm. ¶ Deinde dicit aristo. q̄ sicut virtutes ex bonis operib⁹ generant̄ sic ex malis corrumpunt̄ sicut ex bene citharisare fiunt bone cithariste ⁊ ex male citharisare fiunt mali: quare oportet studium adhibere quales operationes faciat homo: quia ꝑm drñtiam operationū consequunt̄ habitus differētes ꝓpter quod nō parum differt q̄ aliquis statim a iuuētute asuescat bene vl̄ male operari quia ex asuefactione bonorum operū efficitur virtuosus: ⁊ sic iuuenes exercitati in operibus bonis delectabilit̄ operantur in senectute. Assueti āt male agere vix ⁊ cū mag̃ difficultate a vicijs abstinent. ¶ Ad euidentiam predictorum notandum q̄ vnum contrarium corrumpuntur per suum contrarium Unde duplex est contrarietas quedam formalis sicut se habent calor ⁊ frigus habitus vitiosus ⁊ habitus virtuosus. Alia est contrarietas virtualis sicut sol virtualiter contrariatur opposito sui effectus scz frigiditati que opponitur calori causato a sole. Sic operatio vitiosa virtualiter opponitur virtuti q̄ formalit̄ opponitur habitui vitioso qui est effectus operationis vitiose. Quia igit̄ ex actibus viciosis causantur habitus vitiosi hinc est q̄ per ipsas corrumpuntur virtutes non tamen per vnum actum peccati corrumpitur habitus virtutis acquisite sicut nec per vnum actuz generatur habitus viciosus. Secus est de habitu caritatis a deo infuse qui corrumpitur demeritorie per vnum actum peccati mortalis Cum homo non simul possit esse dei amicus ⁊ inimicus. Efficitur namq; homo dei amicus per gratiam et caritatem que sunt idem realiter Idem enim absolutum dicitur gratia inquātum facit hominem gratum et acceptum. Sed dicitur caritas inquantum facit deum carum et dilectum homini ꝑm Scotum .xxvij. dist. scd̄i sententiarum. ¶ Est autem duplex gratia quedam gratum faciēs que est idem cū caritate ⁊ solis bonis cōuenit vt dictum est. Alia dicitur gratia gratis data que datur bonis ⁊ malis vt sermo sapientie vel gratia sanitatum ⁊ sic de alijs. Licet autem oīs gratia detur a deo gratis tñ illa que nō facit hominē gratū deo retinet nomē cōe. Alia vero que addit aliquid ad ip̄am cum faciat hominē dignū vita eterna habz nomē speciale: ⁊ sic dicitur gratia gratū faciens licet etiā bona naturalia ⁊ sup̄naturalia possint dici gratie cū a deo sine meritis cōferant̄ dona tñ sup̄naturalia sibi nomē gratie specialius vendicāt. ¶ Cōsequenter dicit aris. q̄ ad hanc scientiam ꝑtinet cōsiderare quales sunt operationes ex quibus virtutes morales causāt̄: qd̄ ꝓbat̄ sic qꝛ in omni scīa practica necesse ē ꝯgnoscere quales sint opatiōes ꝑ q̄s pōt deuenire ad finē illi⁹ scīe: sz hec scīa ē practica cū ei⁹ finis ñ sit scire sz opari: scrutamur nāq; quid sit virt⁹ nō vt sciam⁹ sz vt boni efficiamur Et ergo hic est inquirendū de operationib⁹ ex quibus virtutes ꝓducuntur: hoc autem est inquirenduz non certitudinalit̄ vt dictum est in pre-

cedentibus sed verisimiliter seu exemplariter: sermones em̄ sunt expetēdi seu inquirendi ꝑm materiam subiectam.

¶ Dicit enim aristotiles ꝙ virtutes aut mediate generātur, sen augmētat̄ sz corrumpunt̄ ex suꝑhabundātia ⁊ defectu. vnde opationes generatiue virtutis sūt medie inter superhabundātiam ⁊ defectū. Qd̄ declarat exemplar it̄ ꝑ ea que accidunt circa corpus. Nā virtutes corporis sunt nobis manifestiores virtutibus anime. videmus enim ꝙ fortitudo corporis corrūpit̄ ex suꝑhabundantib⁹ gignasijs seu exercitijs ⁊ ex eoꝝ defectu ꝑ nimiū em̄ laborē debilitat̄ virtus corporis et ex defectu exercicij membra efficiunt̄ inabilia ad laborandū. Similit̄ etiam sanitas corporis corrūpit̄ ex habūdantia cibi ⁊ etiam ex eius defectu. Sz si aliq̄s ꝑm debitā mensuram vtatur cibis et debitis exercitijs fiet in eo fortitudo corporalis ⁊ sanitas augebit̄ ⁊ cōseruabit̄. Sic est in virtutib⁹ anime et in fortitudine ⁊ tꝑantia ⁊ in alijs virtutibus. Ille em̄ qui omnia timet ⁊ fugit et nihil sustinet terribilium efficietur timidus ⁊ similiter qui nihil timet sz ad omnia vadit intrepidus efficietur audax ⁊ sic fortitudo eorum dicit̄ a suꝑhabundātia et defectu et a mediate saluat̄ et sic de alijs virtutibus. ¶ Dicit etiam ꝙ ex virtutibus sit genitis producūt̄ similes actiones sicut enim ex assuetudine sustinēdi terribilia efficimur fortes sicut quādo facti sumus fortes maxime possum⁹ talia sustinere Similiter recedēdo a voluptate efficimur tēperati ⁊ quando facti sumus tēꝑati d̄ facili a voluptate abstinemus. Utrum autem virtutes vel vitia sint ī nobis generate cognoscere possumus per delectationem ex operationibus consequentem. Unde cum aliq̄s gaudet in hoc ꝙ recedit a voluptatibus corporibus signum est ꝙ in eo virtus ē tempantie: si in hoc tristatur signum est ꝙ non est tempatus.

¶ Deinde probat aristo. virtutem esse circa delectationem et tristitias quia videmus ꝙ propter concupiscentiam et delectationem operamur mala: propter tristiciam aūt quā timemus in laborib⁹ honestis ⁊ virtuosis recedimus ab ipsis ⁊ ideo oportet volentem fieri virtuosuz statim a iuuentute aliqualiter manuduci vt gaudeat ⁊ tristetur d̄ quibus oportet: hec em̄ est recta disciplina iuuenum vt eis pro bonis operibus delectatio tribuatur ⁊ pro malis inferatur tristicia. Item omnis virt⁹ moralis est circa act⁹ vel passiones: sed delectatio et tristicia ad omnes alias passiones cōsequit̄: ergo virtus moralis est circa delectatiōes ve tristicias. huiusmodi em̄ passiones ꝑ v̄tutes habēt moderari vnde stoyci virtutes dicūt esse quasdā ipassibilitates ⁊ quietes quod nō est simpliciter verum vt verba videntur sonare cum passiōes aliquādo cadāt in hominib⁹ virtuosis. Homines em̄ virtuosi tristant̄ de infortunijs suis ⁊ amicorum ⁊ letantur in ꝓsperitatibus ipsoruz. Sed virtutes pñt dici quedā impassibilitates quia virtuosi in huiusmodi passionib⁹ non succūbūt sed ab ipsis faciliter tollerantur: nec em̄ nimium gaudent in prosperis nec in aduersis excessiue tristāt̄. Virtutes itaq̄ non excludunt omnes passiones: sed solum inordinatas que sunt vt non oportet ⁊ quādo non oportet ⁊ sic de alijs circumstantijs. ¶ Circa predicta notandū ꝙ pronitas seu inclinatio seu concupiscentia naturalis quā habemus ad peccandum multa sortitur nomina ꝑm theologos. Dicitur enim lex carnis vel mēbrorum quia ipsis mēbris infligitur merito peccati. Dicitur etiam tirannus qꝛ violenter dominatur in membris aliquibus. Dicitur etiam fomes quia fouet et nutrit peccatū in anima mediāte carne. Item dicitur stimulus carnis quia carnem stimulat ad peccatum. Dicitur etiam libido a libēdo: omne eniz quod male libet libido potest dici licet nāq̄ libido specialiter sumatur pro peccato carnis generaliter tamen sumit̄ pro omni appetitu deordinato. ¶ Itē arguit aris.

q̄ ars ⁊ virtus sunt circa difficile. sed re
sistere delectationibus est difficile: sunt
em̄ nobis cōtēporanee siue a pr̄icipio vi
te vt patet in puero q̄ q̄cito lac degu
stat delectat̄. vnde vt ait eraclit⁹ diffici
lius ē pugnare ꝯtra voluptates q̄ con
tra irā ideo indigem⁹ virtutib⁹ que re
leuant nos circa delectationes: ptz itaq̄
esse virtutē circa delectationes ⁊ tristiti
as. ¶ Mouet vlterius ar⁹. vnū dubium
circa p̄dicta qr̄ dictū est q̄ ex operari iu
sta fit aliquis iustus et ex opari tpata fit
aliquis tēperatus: ideo potest dubitari
quomodo aliq̄s potest opari iusta vel tē
perata anteq̄ sit iustus vel tēperatus q̄
em̄ operat̄ tpata videt̄ esse temperatus
qd̄ sic ꝓbat nullus operat̄ gramaticalia
nisi sit gramaticus: ḡ a simili null⁹ ope
rat̄ temperata nisi sit tēperat⁹. ¶ Dicen
dū q̄ ad hoc rn̄det ar⁹. primo negādo il
lud: aliq̄s nō ⁊c̄. aliquis em̄ bn̄ pōt ope
rari opa artis antequā habeat artem: vt
quis potest dicere aliq̄ orationē cōgru
am antequā habeat artem grāmatice: ⁊
hoc vel a casu vel ad exemplar alioꝝ lo
quētiū: Sic aliquis pōt opari tpata an
tequaz habeat habitum tempeantie: et
sic de alijs virtutibus. ¶ Deinde dicit
aris. q̄ nō est simile de artib⁹ ⁊ virtuti
bus qr̄ opera que fiunt ꝑm artē habēt ī
se bonitatē ⁊ nō requirūt bonitatē in fa
ciente. Nō sic de operibus virtutū in q̄
bus tria sunt attendēda. Primo q̄ ope
rās sit sciens ita q̄ nō operet̄ ex ignorā
tia. Scdo q̄ operet̄ ex electione ꝓpter
bonitatē opis virtuosi nō ꝓpter lucrum
timorem aut phanā gloriam. Tertio q̄
operet̄ cōstāter ⁊ īmobiliter ita q̄ sit pa
ratus operari cū fuerit oportunum. Hec
aūt nō requirunt̄ ad opa artis ita em̄ po
test fieri bona domus intentione mala si
cut bona: vnde ad opus art⁹ sufficit pri
mū scz q̄ operās sit sciēs qd̄ tamē parū
ꝓdest ad opus virtutis. quod ē intelli
gendum in operatione aliorū modorū ⁊
de scire in vniuersali cuiusmodi est in
habentibus habitum scientie moralis.
Scire tamē in ꝑticulari multū cōfert si
cut est in habentibus habitū prudentie
generatū in intellectu ex frequenter di
ctaminibus sicut ī volūtate generat̄ vir
tus moralis ex frequētibus electionib⁹
Est autē dictare determinate app̄hēde
re quid eligēdū Ille ergo qui nō habet
habitum iusticie vel tpantie potest ope
rari iusta vel tēperata dum tamē opera
tiones ei⁹ sint tales quales sunt ille q̄s
operat̄ iustus vel temperatus ꝑm tripli
cem modum p̄dictum. ¶ Consequēter
increpat ph̄s illos qui existimant se effi
ci virtuosos solū d̄ v̄tutib⁹ ratiocinādo
tales em̄ sunt similes laborantib⁹ seu in
firmis p̄cepta medicorū audientib⁹ ⁊ ni
hil de ip̄is facientib⁹. vnde sicut isti nō
possunt bene disponi corporalit̄ sic nec
alij spiritualiter. ¶ Ex p̄dictis patet q̄
habitus virtutū moraliū generant̄ ex fre
quentibus operationib⁹ sic ⁊ habit⁹ vir
tutū intellectualiū generant̄ ex frequen
tib⁹ cōsiderationib⁹. Licet aūt habitus
alicui⁹ cōclusionis posset generari in in
tellectu possibili ex vnica cōsideratione
vt in mathematicis in quibus nō requi
rit̄ experientia ꝓlixi tēporis. rōne tamē
viriū sensitiuarū interiorū que cōcurrūt
cū virtute intellectiua necessariū est eas
dē considerationes pluries reiterari vt
aliud firmiter memorie īprimat̄. ꝑm nā
q̄ sco. di. iij. primi sentētiaꝝ species nō
ita conseruant̄ in potētijs sensitiuis in
terioꝝib⁹ sicut in intellectu possibili a q̄
species intelligibiles nō vident̄ deleri
sicut sensibilis. Nā species sensibilis ita
est in organo qd̄ potest deleri per cōtra
rium sic̄ patet ꝑ ph̄m in libro de memo
ria ⁊ reminiscentia. vbi dicit q̄ senes et
pueri iuuenes sunt male remīscitiui ꝓ
pter habundantiā humorū. nō sic delet̄
species intelligibilis Hinc est q̄ intelle
ctus dicit̄ locus specierū tertio de aīa in
quātū habet huiusmodi species ꝯserua
re: sicut locus habet saluare locatū. vn
de dicit idē. 45. di. quarti sn̄iaꝝ q̄ aris.
non diceret bene aīal male memoratiuū
qr̄ intellect⁹ eius bene vel male conser
uat speciem alicui⁹ prius intellecti. sed

270

quia eⁱ⁹ memoria sensitiua que ꝯcurrit cū intellectiua ad recordationē intellectiuā sicut fantasma ad intellectionē est bene vel male retentiua ꝓpter diuersitatem organi.

Ca. II

Ost hoc autem ꝛc.

¶ Postꝙ aris. inuestigauit de virtutis generatiōe ꝛ corruptione: hic cōsequēter inquirit de eⁱ⁹ diffinitiōe. Et primo quid sit genⁿ virtutis. Circa qđ dicit q ī anima sunt tria scz passiones: potētie: ꝛ habitus: quoꝝ alterum necesse est esse virtutē: quid aūt sint passiones declarat exemplificādo in multis passionibⁿ cuiusmodi sunt cōcupiscētia: ira: timor. audacia: inuidia: zelus: misericordia: ꝛ sic de alijs. Potētie vero sunt ꝑm quas possumus pati passiones huiusmodi puta potētia cōcupiscibilis ꝑm quā possumⁿ cōcupiscere. Potentia aūt irascibilis ꝑm quā possumⁿ irasci. Habitⁿ vero dicunt illa ꝑm que nos habemⁿ ad passiones bene vl male: sicut ꝑm aliquē habitū habemⁿ nos ad irasci male si hoc fiat ꝑm superhabundantiā vel defectum: bene vero si hoc fiat medio modo. ¶ Omissis passionibⁿ naturalibⁿ q̄ scz nō apprehensionē ꝓsupponūt sensus vel itellectⁿ cuiusmodi sunt passiones vegitatiue ptis q̄ fuit exclusa a ꝓposito in ꝓximo libro. De passionibus animalibus que videlz sequūtur apprehensionem sensus vel intellectⁿ est ꝓscrutandum.

¶ Circa quod notandū q passio in ꝓposito est motⁿ nō spontaneⁿ in appetitu ꝓueniēs ex apprehēsione boni vel mali. Dicunt aūt passiones aīe affectiones inquātū sunt iclinatiōes quedā ad actū interiorē vel exteriorē: vnde affectio dicit quasi ad factio. i. ad actū inclinatio. Dicunt etiā affectiones qz sunt in vi affectiua. Licet aūt reperiant passiones ꝛ in appetitu sensitiuo ꝛ intellectiuo maxime tamē ponunt in appetitu sensitiuo ꝓpō solū sequele opationē virtutis apprehensiue dicunt passiones: sed etiā actus eliciti ab ipō appetitu sensitiuo inquātū habent trāsmutationē corporalē annexā q̄ maxime iuxta corꝛ qz hmōi appetitus nō ducit: sed ducit. i. nō domiatur sue opationi: sed determinat ꝛ inclinat ab obiecto ad suā opationē: nō sic in voluntate que est libera: ꝛ ideo nō necesitat simpliciter qz potest nolle vel velle. Necessitat tamē necessitate ꝓne quia si nolit qđ euenit tristat ꝛ sic patit. ¶ Notandū vlterius ꝑm cōem opinionem in vi cōcupiscibili ponunt ser passiones et ī irascibili quicq ad quas omnes alie possunt reduci. In cocupiscibili nāq ponūtur amor ꝛ odium: desideriū: fuga: gaudium: ꝛ tristicia. Obiectū eñ cōcupiscibilis ponit bonum delectabile seu cōueniens aut malum tristabile seu disconueniens simpliciter sumptis. Ab obiecto ergo cōuenienti apprehenso causat in appetitu amor seu quedā cōplacentia ipsius obiecti ad quā passionē sequit desiderīū vel cōcupiscentia obiecti nō habiti. In appetitu tamē sensitiuo magis ꝓpe dicit motus ille cōcupiscētia ꝛ in appetitu intellectiō dicit desideriū: habito aūt ipso obiecto cōsequit passio delectatiōis vel gaudij que est quedā quies in ipso obiecto. Delectatio tamē magis ꝓprie dicit in appetitu sensitiuo: gaudiū autez ī itellectiuo. ¶ Malū aūt discōueniens seu tristabile apprehensum causat passionem odij que est quedā displicentia vel abhominatio ipius ad quā passionē sequit fuga vel recusatio ipius. Ipsum aūt malum habitū seu incursum causat passionem doloris vel tristicie. Et licet dolor ꝛ tristicia sepe sumant ꝑ eodē: dolor tamen ꝓprie ponitur in appetitu sensitiuo: tristicia vero in intellectiuo. Est autem tristicia de his que nobis nolentibus accidūt. Consequit gaudium ꝛ tristicia ꝑm aris. in hoc scđo non solū passiones cōcupiscibilis sed etiā irascibilis ipsasq terminat ꝛ finiunt vt gaudium sequit audacia post cōsecutionē victorie ꝛ ira post ꝓsecutionē vindicte. ¶ In vi

vero irascibili ponũt passiões scz spes ⁊ desperatio: timor: audatia: ⁊ ira. Obiectũ nãq irascibilis ponit bonũ vl'malũ nõ simplr sz arduũ seu de difficili attigibile vel supabile. Ipm itaq bonũ arduũ apphẽsum vt possibile adipisci causat passionẽ spei q̃ dicit quẽdã conatum seu eleuationẽ animi ad ipm ꝓsequẽdũ: ⁊ sic facit appetitum assurgere ad hmõi bonũ obtinẽdũ. Apphẽsum vero vt impossibile adipisci causat passionẽ desperationis faciendo appetitũ cadere ꝓpter excessum sue arduitatis ⁊ difficultatis. Malũ aũt arduũ vt apꝓhensũ possibile superari imprimit audaciã p quã appetit⁹ surgit ad hmõi malũ repellendũ: ipm vero malũ apphensũ vt impossibile superari ĩprimit passionẽ timoris que ẽ quedã resilitio a malo arduo. Ira aũt est appetitus vindicte. Sco. xo 34. tertij sentẽtiarũ sic distinguit vim irascibilẽ ⁊ cõcupiscibilẽ. Concupiscibilis em respicit illud qõ ẽ ꝓmo appetibile vel fugibile qõ scz natũ ẽ ex se eẽ cõueniens vel discõueniẽs ista q nllo alio posito circa ipsum sola facta apphẽsiõe nat⁹ ẽ seq̃ act⁹ delectandi vel tristãdi fugiẽdi vel ꝓsequẽndi quãtũ ẽ ex pte ei⁹. Talia nõ respicit irascibilis ꝓ obiectis. Est em circa appetibilia vel fugibilia q̃si secũdario ⁊ quasi propter prima. Actus namq irascibilis est irasci.

cie species est religio vel latria q̄ est vir-
tus inclinans ad honorem soli deo im-
pendendum in protestationem sūmi do-
minij. Sumitur etiam latria aliquando
pro ipso actu reuerentie interioris vl' ex-
terioris ad quem hec virtus inclinat.
Est autē hec virtus moralis et non theo
rica q̄ non respicit deum immediate pro
obiecto sed honorem ei impēdendum.
Si vero iusticia disponat hominem ī or
dine ad proximū hoc fit dupliciter: vno
modo cōmunicando se alteri quantū po
test: ⁊ sic est amicitia. Alio modo cōmu-
nicando sua: et hoc dupliciter. Uno mō
cōmunicando inter ista ad conuictū ne-
cessarium: ⁊ sic iusticie spēs sūt p̄sidētia
et obedia. P̄sidētia ē virtus disponēs
p̄latos seu p̄sidēn. ad recte regendum
subditos. Obedientia vero disponit sub
ditos ad parendum iussis superiorum ⁊
ad ipsos reuerendum. et alio nomīe dici
tur obseruantia. hoc etiam modo sub iu
sticia continetur veritas et affabilitas
disponentes homines quoslibet in mu-
tuo ⁊ decenti conuictu. Si vero dispo-
nat ad communicandum extrinseca hoc
est dupliciter: quia vl' fm debitum ⁊ eq̄-
litatem: sic est iusticia de qua hic agit a-
risto. que diuiditur in cōmutatiuaz ⁊ di
stributiuam. Si vo fm condecentiaz et
inequalitatem sic sub iusticia continētur
liberalitas et pietas. licet autem pietas
sumatur p̄prie p̄ cultu et obsequio pa-
rentis et patrie: Large tamen extendit
ad quelibet opera misericordie. Aliq̄n
etiam sumitur p̄ religione licet autem
religiosi dici possint oēs q̄ verū deuz
colunt: specialiter tamen dicūtur qui vi
tā suā totā deo dedicātes a mundāis ne
gotijs se abstrahunt. Dicitur aūt religio
a relegando quia ptinentia ad diuinum
cultuz sunt in corde frequenter reuoluē
da. Quamuis autem filiorum ad paren
tes sit debitū necessitatis est tamē ibi in-
equalitas cum non possit ipsis reddi cō-
dignum: et sic ad pietatem erga parētes
exercendam est debitum legale cum ine
qualitate. et dicitur debitū legale ad q̄d
reddendum aliquis lege astringitur. est
etiam tale debitum ad opera pietat̄ sūp
te p̄ misericordia quando vrget neces-
sitas q̄maxime extrema. Ad liberalita-
tē aūt est tantū debitum mozale q̄ō quis
debetur ex quadam condecentia ⁊ hone
state virtutis. Sumendo istam iusticiaz
large eodem modo quo sumitur a Sco.
scz put disponit ad operatōnes que sūt
circa alterum debito legali vel morali si
ue sit ibi eq̄litas siue inequalitas possūt
eius varie species assignari. Thomas
autē et Rich. iusticiam magis stricte ac
cipientes eodem modo quo sumitur ab
Aristotile prout scz ratio iusticie cōsistit
in hoc q̄ alteri reddatur quod ei debet.
Fm equalitatem et debito legali dicunt
partes iusticie a Tullio assignatas scili
cet Religionem p̄ietatem et Obseruā
tiam veritatis gratiaz et vindicationem
non esse eius species seu partes subiec-
tiuas sed partes potentiales. et simili-
ter dicendum est de amicicia que poni-
tur pars iusticie a Macrobio: et de libe-
ralitate quam Andronicus inter partes
iusticie enumerat: que dicuntur partes
potentiales iusticie: quia in aliquo cum
iusticia conuenientiam habent: sed tamē
ad plenam iusticiam non attingunt. Cō
ueniunt quidem inquantum disponunt
ad opatiōes que sunt circa alterum non
tamen sunt species eius cum ratio gene
ris includatur in specie. Ratio autem iu
sticie hoc modo sumpte non includitur
in ipsis. vnde deficiunt a perfecta ratio-
ne iusticie: Quedam enim illarum defi-
ciunt a ratione equalitatis: quia p̄ illas
non redditur equale: vt patet de pietate
erga parentes et de religione erga deuz
quibus non potest reddi condignum.
¶ Patet etiam de obseruantia que red-
dit hoīem virtuosum in dignitate supra
se cōstitutuz honorē sed nō reddit equa-
le: quia virtuti perfecte non fiet dignus
honor quarto huius. Alie vero deficiūt
a ratione debiti legalis: vt dictum est d̄
libalitate.

Patet etiam in gratitudine ꝑ quam fit recompensatio beneficioꝝ. et in vindicatione qua fit repulsio maleficiorum motu ꝓprio non tñ cōtra legē nec propt̄ malū ip̄orum sed ad eoꝝ cohibitōem et suā defensionē et tutelā. Vindicatio aūt que fit auctoritate publice potestatis ꝟm sentētiam iudicis ꝑtinet ad iusticiā cōmutatiuam. Patet etiā in veritate ꝑ quam hō se talem exhibet proximo in verbis ⁊ factis qualis est qđ nō debet proximo ex aliqua legis necessitate sed ex quadā morum honestate: Sic igit̄ ꝟm diuersam iusticie acceptionē de ea varie loquūtur doctores. ¶ Sciendum vlterius ꝙ licz iusticia ꝑ se sit circa opatōes q̄ sūt ad alt̄uz ex consequēti tñ ē circa passiōes q̄s moderatur ꝑ quas posset rectitudo operationū impediri. Unde dicit arist. ꝙ iusticia est circa delectationē que est a lucro. ¶ Insuꝑ notandū ꝙ iusticie general̄ ponūtur due ꝑtes integrales scz declinare a malo ⁊ facere bonū quoꝝ primū respicit p̄cepta negatiua quibus opponit̄ peccatum transgressionis proprie sumpte. Secūdum vero respicit precepta legꝭ affirmatiua quibus opponit̄ peccatū omissionis. Transgressio tamē large sumpta extenditur ad omnia legis p̄cepta.

Capitulum tertium.

Via aūt et iniustus inequalis ⁊c̄. ¶ Hic agit aristo. de medio iusticie: et primo ad iusticiam distributiuam dicēs ꝙ medium in iusticia distributiua est equale inter pl⁹ et minus ꝟm proportionē geometricam ¶ Circa quod notandū ꝙ ꝟm euclid̄ li⁰ geometrie proportionalitas ē similitudo proportionū et hoc dupliciter: vel scđm idētitatē proportionis vel ꝟm idētitatez excessus. Si sit idētitas vel equalitas ꝓportionis sic dicitur proportionalitas geometrica: vt sicut se habet sex ad quattuor sic duodecim ad octo. In iusticia autē distributiua mediū est equale ꝟm proportionalitatē geometricā qꝛ in distributōe bonoꝝ ciuitatis debet attendi equalitas proportionis ita ꝙ talis proportio debz esse premij ad premiū qualis ē proportō meriti ad meritū. Verbi gratia: sint duo homīes quoꝝ vnus laborauit vno die alius vero duobus si primo detur vna libra alteri vero due libre seruat̄ equalis̄ proportionis: sicut enī laboris vnius ad laborem alterius ē proportio dupla: sic etiā premij ad premiū. ¶ Deide tractat aristo. de medio iusticie cōmutatiue Circa qđ dicit ꝙ sicut iusticia distributiua ē directiua in distributionibus bonoꝝ cōmuniū ꝟm proppꝛtionē geometricam sic iusticia cōmutatiua ē directiua in cōmutationibus tam voluntarijs q̄ inuolūtarijs ꝟm proportionalitatē arismetricam ita ꝙ ibi sumit̄ medium ꝟm identitatem seu equalitatē excessus vel quantitatꝭ et ñ ꝟm equalitatem proportōnis: quod ex hoc patz: qꝛ ī ea nō cōsiderat̄ drñtia ꝯd⁰ ꝑsonarū seu proportio sicut in iusticia distributiua. nihil enī differt si bonus per furtum priuat vel rapinam aliquem maluz re sua vel ecōuerso. Neqꝫ etiā differt si bonus vel malus cōmisit adulteriū sz lex attendit solū ad drñtiam nocumenti: vt scz qui plus nocuit plus recompenset cuiuscunqꝫ cōditionis sit. Unde iudex q̄ est mīster legis intendit vt illud iniustū quo vnus alium lesit in ꝑsona fama ꝛ rebus vbi est quedam inequalitas reducat ad equalitatem ꝟm ip̄am q̄ntitatem rerū non ꝟm proportionē drñtiarum ꝑsonaruz. Verbi gratia sit vnus qui ꝑcutiat vel occidat alter ꝟo ꝑcutiat̄ diuersa est hec actio et passio in inequalia: qꝛ scz ꝑcutiens vel occidens habet plus de estimato bono inquantum scz implet voluntatem suā: ⁊ ita videt̄ eē in lucro. ille aūt q̄ vulnerat̄ et occidit̄ hz plus de malo inquantū scz p̄uat̄ incolumitate vel vita ꝯ suam volūtatē: et ita videt̄ eē quasi ī dāno. iudex aūt temptat hec adequare inq̄tū scz subtrahit aliq̄d vulnerāti vel occidit ꝯ suā volūtatē et exhibet ī cōmodū vel hōrē vulnerati vel occisi: ⁊ inde ē ꝙ qñ hoīes dubitāt refugiūt ad iudicē tanq̄ ad q̄ddā iustū aīatū. ¶ Circa qđ notā

dum ꝙ iudex dicitur iustum animatum
qꝛ eius mens totaliter a iusticia possideri: debetq; hr̄e iura in anima sua scp̄ta.
Uñ iudex ~~dꝛ quasi ius dicens qd est ei⁹~~
actus sicut et iudiciū qd ꝑm primam no
mīs impositionē imꝑtat dīonem seu de-
terminatōem iusti siue iuris. Unde iudi
cium idem est quod iuris d°. extra d ver
boꝝ sig. c. forus. ⁊ sic iudicium ē act⁹ iu-
dicis vt sententiā ꝓnunciātis ꝑm regl̄as
iuris ⁊ est actus prudentie vt regulātis
eius intellectū ⁊ actus iusticie vt inclinā
tis et disponētis iudicis affectū ad recte
iudicādū seu ad eligendū id qd recta rō
dictat et determinat: de quo dicit ps: q̄-
adusq; iusticia cōuertat̄ in iu. Licet aūt
nomen iudicij sit p̄mo impositum ad si-
gnificandū rectā determinatōem iustoꝝ
vt dcm̄ ē: Ampliatū tñ ē ad significādū
rectā determīatōem in quibuscūq; reb⁹
tam in speculatiuis q̄ in practicis. Licꝫ
etiā actus iusticie ꝑtineat ad quēlibꝫ iu
stū qꝛ tñ iusticia p̄ncipaliori mō ē in iudi
ce q̄ in subdito ideo determinare vel dif
finire q̄d iustū ē ad illū ꝑtinet principali
ori mō. Uñ et sua dīo ē auc̄tas qd nō eēt
dīo ꝓlata ex ore subditi. Nō oꝑtet autē
ꝙ quicūq; actus iusticie sit cuiuscūq; iu-
sti ē tñ vnus actus iusticie q̄ cuilibꝫ iusto
cōuenit. s. velle seruare rectitudinē debi
tam ī oꝑatōibns exterioribꝰ q̄ sūt ad al-
terū. Uñ ambro. in p̄mo de of. Iusticia ē
q̄ vnicuiq; qd suum ē tribuit alienū non
vendicat: vtilitatē ꝓpriā negligit vt cō-
munē vtilitatē custodiat. ¶ Alteri⁹ agit
Aristo. de cōtrapasso seu pena talionis.
Circa qd fuit opinio pitagoricoꝝ dicēti-
um ꝯpassuꝫ ꝙ scꝫ dicit equalē recompē
sationē passiōis ad actōem p̄cedentem
esse vl̄r iustū. Dicebāt enī ꝙ vnicuiq; fit
iusta punitio si patiat̄ ea q̄ ip̄e fecit alte-
ri. Hanc opinionē improbat aristo: Li-
cet enī ꝯ passū aliqñ sit iustū tñ nō sꝑ vel
vl̄r. In distributiua enī iusticia locū nō
hꝫ in q̄ attendit̄ eq̄litas ꝑm ꝓportōnem
rerū ad ꝑsonas vt dcm̄ ē: nō aūt ꝑm pro-
portionē rei ad rē vel passionis ad passi-
onē: vnde dr̄ cōtrapassū. Nō etiā sꝑ req̄
rit̄ vel sufficit ad equalitatē iusticie com
mutatiue. Nō enī sꝑ est recta vindicta
vt sꝑ aliq̄s patiat̄ qd fecit: qꝛ tal̄ vindcā
qñq; a vera iusticia declinaret. Nā si ali
quis in principatu ꝯstitut⁹ ꝑcusserit ali-
quā ꝑsonā p̄uatā nō req̄rit vera iusticia
ꝙ p̄nceps reꝑcutiat̄. Ecōtra ꝟo si aliq̄s
ꝑcusserit principē oꝑtet nō solū ꝙ tl̄r re
ꝑcutiat̄ sꝫ etiā graui⁹ puniat̄. Cui⁹ ratō
est qꝛ cū p̄nceps sit ꝑsona publica is qui
principē ꝑcutit quodāmō totā rempub-
licā offendit: et ideo ē graui⁹ puniendus
tanq̄ cōmittēs crimē lesemaiestatis. Il-
la aūt lex Exo. xxj. oclm̄ ꝓ oculo redden
dū intelligit̄ in ꝑsonis eiusdē dignitat̄.
Itē si aliq̄s inuolūtarie sociū vulneraret
alter ꝟo volūtari⁹ ⁊ cū deliberatiōe non
oꝑtet ꝙ de iure isti duo equaliter puniā
tur sic ꝙ q̄sq; patiat̄ in se qd fecerit alte-
ri: qꝛ multū differt oꝑari bona vel mala
volūtarie vel inuolūtarie. ¶ Sed cōtra
predicta posset dubitari qꝛ aristo. in pre
cedeñ. dicit ꝙ iniusticia cōmutatiua nō
attēdit̄ drñtia ꝑsonaꝝ sicut in distributi
ua sꝫ solū drñia nocumēti: hic aūt dic̄ op
positū: qꝛ plus punit̄ q̄ ꝑcussit p̄ncipem
q̄ q̄ ꝑcussit ꝑsonā p̄uatā. Ad hoc respō-
detur dupliciter: vno mō ꝙ cōditio ꝑsone
in iusticia distributiua attēdit̄ ꝑm se: in
cōmutatiua ꝟo nō ꝑm se sed ꝑm hoc ꝙ
ꝑ hm̄i diuersificatur res: qꝛ in actiōibus
et passionibus cōditio ꝑsone facit ad q̄n
titatē rei. maior enī est iniuria si ꝑcutiat̄
p̄nceps q̄ si ꝑcutiat̄ priuata ꝑsona. Alio
mō rñdet̄ ꝙ ī iusticia cōmutatiua possu-
mus cōsiderare satisfactionem damni vl̄
punitionem delicti. drñt nanq; hec adin
uicem. Uerbi gratia si q̄s fureret̄ calicez
consecratum de ecclesia consecrata et al
ter inueniat a casu tm̄ de argento ad va-
lorem calicis quod mercatori transeunti
ceciderat: ambo debent cogi ad equalez
satisfactionem et restitutionem sed non
ad equalem punitionez. Ph̄s aūt exclu
dit ꝑsonarum drñtiam in satisfactione ⁊
breuiter in omni actione partis ad partē
⁊ includit in punitione seu in habitudīe
partis ad iudicem. ¶ Cōsequēter oñdit

aristo. cōtrapassū esse iustū in cōmutationib⁹ voluntarijs. Unde ē ciuitatū ⁊ ciuiū in ip̄is habitātiū cōmanentia ex mutua ipsoꝝ cōmūitate in hoc scz ꝙ ē contrafacere ꝓportionaꝛ puta beneficiāti beneficiū proportionabiliter rependendo. In quoꝝ etiā cōmutatōibus ē attendenda hinc inde equalitas nō ꝟm quantitatem mol' sed ꝟm quantitatem valoris: vt patet in cōmutatōne edificatoris domū cōmutantꝭ cum sotularibus coriarij. Et qꝛ raro fit inmediata cōmutatio int' rem et rem: qꝛ homīes non semꝑ indigēt rebus adinuicē quas hz: vt is qui superhabūdat vino ꝓ tūc nō indiget frumēto q̄d habet ille qui indiget vino. Una etiam res aliam excedit in valore: ideo vt ꝟm q̄ndam ꝓpositā cōmensuratōem adeq̄t passio actioni ī cōmutatōibus inuentum est nūmisma vel denarius ꝑ que mensurantur precia taliū rerū. verbi gratia: cōsiderat domificator quot nūmismata valet dom⁹ et coriari⁹ q̄t nūmismā valz vnū par sotulariū: quibus cōsideratis coriarius dat domificatori tot calciamēta quot ꝟm iusticiā et equalitatē valet domus. ¶ Nummisma aūt ē mēsura ꝑ legem ab homībus constituta. Unde dicit̄ a nomos quod est lex et mensura quasi legis mensura: et sic nūmisma ē mēsura legal'. Est etiā alia mēsura naturalis scz humana indigentia q̄ d'r naturalis non qꝛ res appreciet̄ ꝟm dignitatez nature sue: sed ꝟm ꝙ referēs ad humanam indigētiam vel humanū vsum: qꝛ scz hō naturaliter indiget talib⁹ rebus. Unde vna musca inquātū aīal in ordīe nature melior ē toto auro mdi: sed in ordīe necessitatis humane ē ecōuerso. et ꝓpt̄ hoc in reb⁹ precia imponūtur ꝟm ꝙ eis hoīes indigēt ad vsum. ¶ Ex predictis infert aris. q̄uo iusticia sit medius habitus dicens ꝙ manifestum est ex p̄cedentibus ꝙ actus iusticie est mediū inter iustū facere et iniustuz pati quoꝝ alterū scz iniustū facere ē pl⁹ hr̄e de bōis puta d̄ pecūijs l'hōrib⁹ ⁊ min⁹ d̄ mal': scz laborib⁹ et expensis q̄ sit debitum. Et alteꝝ scz iniustū pati est minus habere de bonis et plus habere de malis cū scz aliquis priuatur eo q̄d sibi debetur. Et quia habitus cognoscit̄ ꝑ actus infert vlterius ꝙ iusticia est medietas quedā siue habitus electiuus inmediate consistens: ⁊ in hoc cōuenit cuz alijs virtutibus moralibus. Dicit tamē ꝙ hoc non ē ꝟm eundē modū cū alijs v̄tutibus quia scz quelibet alia v̄tus est mediū duarū maliciarū sicut liberalitas inter ꝓdigalitatem et auariciā. Iusticia aūt nō est medium inter duas malicias: sed dicitur esse medietas qꝛ est mediū inquantū scz ꝓducit actū q̄ est medius int' iustū facere et iniustū pati ⁊ hoc faciēdo equalitatē q̄d est medium inter plus et minus dando sibi et ꝓximo de vtili ⁊ notīo equaliter ꝟm proportionabilitatē. et sic iusticia non ast mediuz inter duas malicias sed inter duas iustificatōnes quarum vna ē malicia scz iniustū facere: alia v̄o nō sed potius pena scz iniustū pati.

Portet autē. Ca. IIII.

In precedētib⁹ determīauit arꝭ. de medio iusticie: hic cōsequent̄ determinat de eius obiecto scz de iusto politico q̄d est ius seruādi debitū ordinē inter ciues liberos et equales sub eadez ptāte cōstitutos. Unde ꝟm aristo. consistit in quadā cōmunicatōe q̄ ordinat̄ ad hoc ꝙ sit per se sufficientia eoꝝ q̄ ad vitam humanā ꝑtinēt: ⁊ talis ē cōmunitas ciuitatis in qua dñt om̄ia inueniri q̄ sufficiūt humane vite: Licet aūt cōitas yconomica ordinet̄ ad humane vite conseruatōem nō tamē ad hunc effectū q̄ est ꝑ se sufficiētia vite: qꝛ q̄uis vna dom⁹ posset aliqualiter sustentare humanā vitaz nō tamē sufficientē vitā qualē decet homines recte viuētes. Consistit nanq̄ in homībus liberis et equalibus personis In liberis quidē qꝛ dñoꝝ ad seruos nō est iustū politicū sed dñatiū. In personis vero eq̄libus nō quidē in diuitijs nec in alijs conditionibus ad libertatez ciuilē accessorijs sed equalibus in libertate q̄rū vna alteri nō subditur sicut filius p̄ri: vel vxor viro: inter quos ē iustū paternū aut vxoricium. Q̄ autē polliticū iustum

sit in liberis et equalibus ꝓbat Aristo. qꝛ tale iustum erit in illis ad quos lex datur cum lex ad illos se extendat in quib⁹ potest esse iusticia ⁊ iniusticia: lex aũt nõ datur principaliter ꝑ seruis qui cohibẽtur a dñis neq; pro filijs qui cohibentur a parentibus sed ꝑ liberis et equalibus ergo in talibus est proprie iustum politicum. ¶ Vo iustũ politicũ non sit propẽ dictum ad seruum vel patris ad filium: aut viri ad vxorem ꝓbatur qꝛ iusticia ẽ virtus ad alterum: et iniusticia est malicia ad alterũ et nõ ad aliquid ip̃ius sed seruus est aliquid dñi qꝛ eius possessio ⁊ vxor ẽ aliquid viri cũ non habeat potestatẽ corporis sed vir: ⁊ filius quousq; fuerit magnus ⁊ separatus a patre ꝑ mancipationem est quasi quedam res patris ergo ip̃oꝝ adinuicem non est proprie iusticia sed large vel similitudinarie.

¶ Diuidit consequẽter Aristo. iustuꝫ siue ius politicũ in naturale legale ⁊ positiuũ. Ubi Notandũ ꝙ ius politicum vl' ciuile põt sumi dupliciter: Uno mõ qđ est a secularibus hominibus constitutũ: vt a ciuitate vel principe ciuitatis: et sic non sumitur hic sed est ꝑs iuris legalis distincta contra ius canonicũ: vt videbitur in sequẽtibus. Alio mõ sumitur pro iure quo vtuntur homĩes in ciuitatibus ⁊ sic sumitur in ꝓposito: vtũtur enĩ ciues eo iusto qđ nãl'r mẽti humãe ĩdidit: ⁊ eo qđ est positũ lege. ¶ Declarat ḡ Arꝫ q̃d est ius nãle dicens. ꝙ nãle ẽ illđ ꝙ vbiq; habet eandẽ vim potentiã seu virtutem: ⁊ non cõsistit in videri et nõ videri: id ẽ nõ oritur ex aliqua opiniõe humana sed ex natura. Unde notandũ ꝙ tale ius habet vim ante omnẽ legẽ positiuaꝫ ⁊ ante omnẽ consuetudinem introductã Habet enĩ vim ex naturali iudicio rationis. Sicut nanq; in speculatiuis sunt quedaꝫ principja naturaliter cognita ex quibus varie inferũtur conclusiones: vt omne totum est maius sua parte: Sic in operatiuis vt deum non esse odiendum sed super om̃ia diligendum: proximo nõ esse iniuste nocendũ: ⁊ sic de alijs. Unđ aplus: Cum gentes que legem non habent naturaliter que legis sũt faciũt. huiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex hñtes opus legis scriptũ in cordibus suis. ¶ Ius legale seu positiuum est quod accipit vim ex lege posita: et tale nõ est idem aput om̃es sicut nec mensura vini. ¶ Circa qđ notãdũ ꝙ ius legale potest diuidi ꝟm dĩsionem condentium leges. Lex aũt conditur a deo ⁊ ab homĩe: lex dei facit ius diuinũ ⁊ lex hominis ius humanum. Continet autem ius diuinũ tria genera preceptoꝝ scꝫ moralia: iudicialia et ceremonialia. ¶ Ubi Notandum ꝙ mos aliquãdo sumit̃ pro consuetudine aliquãdo pro naturali inclinatione: Moralia igitur ad que ẽ aliqua inclinatio naturalis spectãt ad ius naturale qꝛ multũ sũt conformia recto dictamini rationis. Sufficiẽter aũt ius nature explicitum est in decem preceptꝫ decalogi propter obnubilationem intellectus humani: vt patet Exo. xx. ad q̃ omnia precepta moralia reduci possunt. Precepta iudicialla sunt que ad decisionẽ causarũ ⁊ ad iusticiã inter homines conseruãdam sunt instituta. Precepta vero cerimonialia sunt illa per que det̃minantur ea que spectant ad cultum diuinum vt sũt sacrificia et ob latõnes ⁊ fuerunt instituta in figuram futurorum.

¶ Ius humanum diuiditur in canonicũ ⁊ ciulie: ius canonicũ est ius ecclesiasticum quod scꝫ fuit a sanctis patribus institutum. Unde dicitur a canon quod ẽ regula: qꝛ in eo cõtinẽtur regl'e scõꝝ patrum: et diuidilur in decretum ⁊ decretales. Decretum vero diuidit̃ in tres ꝑtes. Prima vocant̃ distinctiones que ẽ distincta per particulas centum et vnaꝫ quarũ quelibet vocat̃ distinctõ: ⁊ habet q̃libet distinctõ capla ⁊ plures. §. Quãdo igit̃ allegat̃ aliq̃d de illa ꝑma parte debẽt alllegari distinctiones. Alia pars dicitur cause eo ꝙ est distincta in causas .56. quarum quelibet plures questiones habet. Habet autem .33. cã questiones quĩq; quarũ tercia qtõ hꝫ. 7. distĩctões

in quibus tractatur de penitentia. Unde illa questio tertia intitulat de penitētia Qñ ergo vis allegar q̄ttā cause ⁊ quottam questionis tacere debes cām vocādo questionē sic de pe. di: ⁊ subintelligitur cā qtōe. v. tali capl'o. vel. §. Quando vero allq̄d allegat aliud de illa qtōe q̄ intitulatur de penitētia debet nomīari distinctio cum sua quotta dicēdo sic: de peni. dis. j. c. tali vl'. §. Tertia Xo ps huius libri intitulat de cōsecratōe: ⁊ habet quinq̄ distinctōes. vnde qñ aliquid allegat de hac pte debet nomīari distinctio cū sua quotta dicendo sic: de consectione dist. tali. c. l'. §. ¶ Decretales autē diuidunt in q̄nq̄ libros quilibet autem liber habet plures rubricas siue titulos in quibus premittitur materia de q̄ tractat in capl'is subsequētibus. Qñ ergo allegabis aliquid de decretalibus non allegab libr̄ sed titulū ⁊ capl'm. et si sint in capl'o plures. §. allegabis capl'm et sic: extra de cōsuetu. ca. tali. ¶ Post cōpilationem aūt quinq̄ libroꝝ p̄dictoruꝫ elapsis multis ānis cōpilati sūt alij duo libri scz sext⁹ et septim⁹ ī q̄b⁹ q̄dā plura de eisdē materijs ⁊ sub eisdē rubricis cū quinq̄ libris p̄cedentibus apponūtur. ¶ Jus Xo ciuile diuiditur in q̄ttuor ꝑtes: scz Codicem: Digestū: Auctenticū: et institutū: de quibus sup̄sedeo. ¶ Circa tamē decē p̄cepta decalogi ius naturale explicantia aliqualr̄ ē insistendum. Uersus. Unum crede deū. ⁊c̄. Quoruꝫ tria prima ad honorē dei et dilectionem ordinant. Alia septem ad dilectionē ꝓximi ordinant et ꝑtinēt ad secūdā tabl'aꝫ

Primū Non habebis deos

alienos: in quo inhibet omnis ydolatra ꝑ quā honor soli deo debitus exhibetur creature: et sic in hoc precepto ꝓhibent ꝓphane pactōes demonū siue sint ad ludificatōem sensuū vt faciūt histriōes seu ad inuestigatōem futuroꝝ seu occultoꝝ vt faciunt diuini aut quouis alio modo. Solus aūt deus qui est summū bonuꝫ ⁊ omnium rerum principiū humaniq̄ generis reparator est toto corde colendus: ⁊ super omnia diligendus: ad ip̄mq̄ est in necessitatibus recurrendum: non ad diuinos aut sortilegos sibi falso nomen dei vsurpantes.

Secūdū preceptū Nō assumes

nomen dei tui inuanū. Circa quod notandū ꝟm Scotū in 3° sen. q̄ nomē d̄i inuane assumit cū q̄s iurat ñ solū inutil' sed etiā irreuerēter adducēdo scz deum in testimonium falsitatis seu mendacij ī quo fit deo irreuerētia. talis nanq̄ dat ītelligere vel q̄ d̄s veritatē nō cognoscit vel q̄ veritatē testificari nolit. et ideo sic ex deliberatōe ꝑiurās mortaliter peccat Si aūt quis indeliberate ꝑiurat quotiēscunq̄ periurat non peccat mortalit' sz bene venialiter: puta cum q̄s non aduertit se iurare vel falsum esse quod iurat.

¶ Notandū q̄ due sunt species iuramēti scz assertorium et ꝓmissoriū. iuramētum assertorium est quādo iuratur aliq̄d de presenti vel de preterito sicut esse vel ñ esse sic fuisse vel non fuisse. Promissorium vero est cum quis iurat se aliq̄d daturum vel facturum: aut non daturū vel facturum. ¶ Notandum etiā ad hoc q̄ iuramentum sit licitum requirūtur tres cōditiones que ponunt Hieremie q̄rto. Jurabis in veritate iusticia ⁊ iudicio. Prima veritatis que debet esse in consciētia iurātis vt ita esse credat sicut iurat vt in iuramēto assertorio et ita facere proponat vt in iuramento promissorio. vnde iurans aliquid cuius oppositū magis credit seu q̄d est sibi dubiū mortalit' peccat ꝟm Scotum: Si autē queratur ī iuramēto assertorio Utrū periurans necessitate compulsus pro vita fama vel rebus seruandis peccet mortaliter? Dicūt cōmuniter doctores q̄ sic licet enim tal' excusetur in tanto quia metus attenuat culpam non tamen a toto. quia volūtas cogi nō potest: extra de his que vi. c. sacrum. Unde potius debet aliq̄s omnia mala tollerare q̄ falsū iurare: nec etiā excusat a mortali pctō q̄ iocose ꝑiurat: q̄ ñ

vitat dñā irreuerātiā ſm Tho. i. ſe. ſe. In iuramento aūt ꝓmiſſorio ſciendū ꝙ nō excuſat a mortali iuramentū nō complens etiā coact⁹ iurās: ⁊ hoc ſi iuramētū fuerit reſpectu rei licite. Excipiunt tñ alibi caſus vt in matrimonio vbi datio debet eſſe libera ꝓpter rationē datōis ⁊ diſſolubilitatē: his aūt qui dolose iurat ſic videlz ꝙ ꝙ illa verba obligare ſe nō intendit licet in foro dei qui iudicat ſm ſecreta conſcientie nō obligeť ſm bonauēturā ⁊ ſco. qz ſe noluit obligare cū verba ſm greg. deſeruiāt intentioni et de⁹ talia verba iudicat qualia ex ītimis ꝓferūť. Tñ qz dolose iurat ⁊ nomē dei inuanū aſſumpſit ſtatim in ipo actu periurium cōmiſit. Unde ex illo iuramēto iudicať dignus apud deū pena eterna ⁊ ſanum cōſiliū ꝙ iuramentū in quo ꝓximū decipere intendebat implcat. Scōa cōditio iuramenti eſt iuſtitia que debet eē ex pte ei⁹ qō iurať vt videlz ſit licitū: vnde qui ſcienter iurat qō, eſt manifeſte illicitū ⁊ cōtra diuinū ꝓceptū mortaliť peccat iurando ⁊ iterū iuramētū ſeruando. ¶ Ad cui⁹ planiorē euidentiā ſcienduz ſm Rich. ꝙ nullū iuramētū derogans caritati obligat iurantē ad ſeruādum id qō iurat ⁊ qz omnia ꝓcepta ⁊ cōſilia diuina ordinanť ad caritatē qz teſte apło finis ꝓcepti eſt caritas nullū iuramentū ē obligatoriū qō derogat alicui ꝓcepto diuino vel cōſilio: qz etiā qōlibet peccatū mortale derogat ꝓcepto diuino qz eſt cōtra aliqō ꝓceptū diuinū ⁊ etiā peccatū veniale inquātū eſt diſpoſitio ad mortale ideo nullū iuramētū de faciendo aliquod peccatū mortale vel veniale eſt obligatoriū. Quia etiā diuina cōſilia ſunt de bonis opibus ſuperogationis ⁊ pfectionis: Ideo nullū iuramētū de nō faciendo aliqō bonū opus ſuperogationis vel de faciendo cōtrariū bonis opib⁹ ſuperogationis obligat: nec etiā iuramentū de nō faciēdo ea que meli⁹ eſt facere ꝙ nō facere vel ecōtra: ideo iurās ꝙ nō teneat aliquē in ſuo ſeruitio ꝙ alias melius eſſet tenere ꝙ non tenere: vl ꝙ nō loquať cum ꝓximo cuz quo alias meli⁹ eſſet loqui ꝙ non loqui: vel ꝙ nō faciat ſibi ſubuentionē vel cōſolationē ſpalem vel ſpiritualem ꝙ alias meli⁹ eſſet facere ꝙ nō facere: vel ꝙ nō viſitabit euz in domo ſua ꝙ alias melius eſſet viſitare ꝙ non viſitare ⁊ ſic de ſimilib⁹ non obligať ad ſeruandū qō iurat. De oībus eīm talibus intelligiť illud qō habeť. xxij. q. iiij. In malis ꝓmiſſis reſcinde fidē: et in turpi voto muta decretū: qō incaute vouiſti nō facias. Et eadē. q. xij. Si aliquid forte incauti⁹ nos iuraſſe cōtingeret qō ſeruatum ꝛgat in peiorez partē exitum illud ſalubri cōſilio mutandū noverim⁹ ꝓpter tñ reuerētiā diuini nois ī uocati ⁊ ad punitionem temeritatis ſic iurātiū ⁊ ꝓpter reuerentiā eorū q̄ ꝓſunt nō eſt cōtra quelibet talia iuramenta ꝓ ꝓria auctoritate veniendū: ſed eſt ad ſuperiorē recurrendū ꝙ maxime vbi dubiťať vtrū iuramentum obſeruatum ꝛgat in peiorem exitum. Tertia conditio eſt ꝙ iudiciū ad recte nāq iurandū exigiť iudiciū diſcretionis ne ſcz fiat iuramentū ſine cauſa rōnali vt. pꝛitate cōfirmāda ſeu teſtificanda. Unde licet ſm tho. in tertio ſnīarū ⁊ bonauēturā in expoſitiōe littere veniale ſit iurare cōi ſermōe aliqō licitū ſine cā: puta ꝙ deuz cras ibo ad eccleſiā vl comedā carnes. xxv. diſ. §. criminis. Ā talibus tamē eſt abſtinēdum qz frequētia iurādi eſt periculoſa: ex ipa quippe ſepe labimur in periurium eccleſiaſtici. xxiij. iurationi nō aſueſcat os tuū: multi eīm caſus in ea ⁊ ideo cōſuit deus vt ſermo noſter ſit eſt ⁊ non.

Tertium mento vt di. ꝛc.

¶ Notandū ꝙ hoc ꝓceptuz ptim ē morale ptim ceremoniale. Morale quidem quia homini ꝓcipiť vt depudet aliqō tempus vite ſue ad vacandum diuinis obſequis hoc eīm dictat ratio naturalis. Eſt autem ceremoniale quantum ad determinationē temporis ſcz diei ſeptime in qua deus requieuit nouas ſpecies facere ceſſauit: ꝙ quod allegorice deſigna

tur christi quies ĩ sepulchro q̃ fuit septi
ma dies. Quia igit̃ obseruatio sabbati
erat figura aduenientẽ ꝟitate debuit ces
sare. Et etiã ꝓpter exclusionẽ erroris ne
scz forsan aliq̃s crederet ꝙ adhuc obli-
gatio ad ceremonias veteris legis ma-
neret. Notãdũ tñ si aliq̃s ob reuerẽtiam
dei ⁊ ꝟginis gloriose ĩ die sabbati ces-
set ab oꝑib⁹ manualib⁹ vacãdo spũali-
bus nõ peccãt ĩmo merek̃. Uñ ꝟm Ro-
doñ. glosatorẽ Ray. votũ de feriãdo in
sabbato nõ ẽ simpliciter irritãdũ vel ne-
cessario cõmutãdũ nisi vouẽs suspectus
sit ꝙ iudaizare velit. Sic dz intelligi il-
lud de cõsecra. dis. iij. ꝑuenit: vbi ꝑuer
si esse asserunt̃ ꝓhibentes in die sabbati
manualit̃ laborare sicut añxp̃i putato-
res ꝑplm̃ xp̃m iudaizare cogẽtes. Qd̃ ẽ
ĩtelligẽ dũ de his q̃ die sabbati oꝑari ꝓ
hibẽt ꝑ h⁹ ĩnuere conãtes xp̃ianos ad
ceremonias iudeoꝝ obligari vt ptz sat̃
ex lr̃a. Fuit aũt obseruatio sabbati in p̃-
mã diẽ septĩa ne cõmutata: tũ ꝓpter me
moriã creationis mũdi: qꝛ illa die crea-
uit de⁹ celũ ⁊ terrã. Tũ ꝓpter reuerẽtiã
resurrectiõis xp̃i. In illa em̃ die xp̃us re
surrexit ⁊ ob hoc vocata ẽ dies illa dies
dñica ꝓpter resurrectiõis dñi memoriã
Est igit̃ die dñica ac ceteris dieb⁹ festi-
uis ꝑ eccl̃iam iustitutis cessanduz ab oĩ
oꝑe seruili. Neemie. 23. Omne op⁹ ser-
uile nõ facietis in eo. ¶ Circa qd̃ notan
dũ ꝙ op⁹ seruile ad p̃ñs sumit̃ duplicit̃
Uno⁹ ꝓ corꝑali oꝑe Cũ em̃ corp⁹ debe
at seruiliter subdi ⁊ aĩa desuꝑ sedere si-
cut libera iõ oꝑa corꝑalia p̃ñt dici opera
ꝟuilia: Alio⁹ op⁹ seruile sumit̃ ꝓ pctõ
mortali iuxta Joh. ij. q̃ facit pctm̃ seru⁹
est peccati. De prĩo oꝑe sciẽdũ ꝙ dieb⁹
festiuis vacãdũ est ab omni oꝑe corꝑali
ordinato sicut ad ꝓximũ ⁊ ꝓpriũ finẽ ad
tꝑale bonũ ꝓprij corporis vt a mechani
cis agriculturis ⁊ hmõi. qꝛ vero op⁹ qd̃
est materialiter seruile si ordinet̃ vt ad fi
nẽ ꝓximũ ad bonũ aĩe spirituale magis
est bonũ liberale q̃ seruile. Ideo ĩ hmõi
dieb⁹ scolares lectiones suas ⁊ sermões
possunt scribere ꝟm Rich. ⁊ Rodo. qꝛ
talia oꝑa quãtũ ad suũ finẽ ꝓximũ sunt
liberalia nõ lz tñ aliq̃d grãde de quat̃-
no ĩquat̃nũ trãscribere vt ait Ro. puta
in scriptura maiorẽ ꝑtẽ diei ĩmorando.
ꝟm etiã Tho. op⁹ corꝑale ꝑtinens siue
ad salutẽ corꝑis ꝓprij vel ꝓximi siue ad
vitandũ dãpnũ ĩminẽs exteriorls rei nõ
est ꝯ obseruãtiã diei sabbati. Unde die-
bus festiuis licite possũt fieri ea q̃ neces-
sitas vrget vel pietas suadet. Extra d̃ fe
rijs. cũ quest⁹. suadet t pietas necessita
tib⁹ pauperꝝ subuenire. Uñ ꝟm Ro. ĩ fe
stis laborari põt ad opus pauperũ puta
agros coꝝ arãdo vel alio⁹ disponẽdo ⁊
ꝓpter hoc nõ omittat̃ audiri missa. pos-
sunt etiam sibi oꝑari q̃ necessitas vrget.
vnde Ro. Si iacẽtib⁹ sagetib⁹ ĩ agris
ac fenis in pratis tẽpestas ĩmineat aut
pluuia q̃ multũ corrũperet talia a solo se
ꝑata dñi illaꝝ possũt ĩdẽpnitati sue p̃ca
uere. Carnifices etiã ⁊ pistores q̃ in fe-
stis p̃parãt ea q̃ vendere debẽt in crasti
no ĩ mercato vel in stationib⁹ suis ⁊ cete
ri q̃ p̃parãt victualia in festis si nõ pote-
rũt in die p̃cedẽti cõmode p̃ꝑare aut p̃-
parata sine ꝑiculo reseruare mortaliter
nõ peccãt. Nõ est etiã dicẽdũ ꝙ ꝓpter
op⁹ hoc mortaliter peccent. Per hmõi
etiã necessitatẽ sũt excusabiles vectores
mertiũ ⁊ vinoꝝ ad nũdinas ⁊ ad loca re
mota cũ sine graui incõmodo nõ possẽt
in festis vacare abeundo ⁊ quadrigãdo
Sed nunquid mortaliter peccant q̃ ad
mercata vadunt in dominica ⁊ in alijs
festis ⁊ q̃ maxime in precipuis fiũt. Re
spõsio est Rodoñ. ꝙ si aliquis hoc faci-
at aliquando pro sua necessitate nõ pec-
cat mortaliter. Si autem hoc faciat ex
improba cupiditate lucrandi vt faciunt
aliqui mercatores qui ꝓpter frequẽta-
ta mercata et nundinas vix aut nunq̃
eccclesias intrant mortaliter peccant.
Mercata autẽ que fiunt d̃ vectualibus
cõpetentib⁹ ipsis festis non sunt illicita
aut facile ꝓhibenda dũ tamẽ ꝓpter hoc
nõ dimittunt audire diuina officia.
¶ Quid de barbi munitoribus aut ve-
ctorib⁹ peregrinoꝝ ĩ suis vehiculis seu

lumentis aut de ferratoribꝰ equorũ: Respondet Ro. ꝙ credit eos excusari posse si hec faciant principaliter ꝓpter necessitates eoꝝ quibus opationes hmõi faciunt. illi autẽ qui faciunt in hmõi festis barbã sibi radi ⁊ equos ferrari sunt excusabiles si sup his nõ potuerũt ante sibi cõmode ꝓuideri. Uiatores vero vl cursores nõ audet Ro. cõdemnare cum etiã in lege mosaica in qua festa cũ maiori districtiõe obseruabãt liceret ꝑ mille passus itinerare qđ dicit iter sabbati: actuũ primo. ¶ De scđo respondet ⁊ qꝛ magis impedit homo a diuĩs ꝑ opꝰ peccati q̃ ꝑ opus corporale ideo plus peccat. Augusti. melius faceret iudeus in agro suo ⁊c̃. In diebus igit festiuis non debet homo cõcupiscentie vel otio vacare nec tempus irrecuperabile amittere sed a peccatis abstinere ⁊ sacris opibus intendere vtpote diuine laudi elemosinarũ largitioni peccatorũ purgationi ⁊ sacre meditationi

Quartũ: patrẽ ⁊ matrẽ ⁊c.

¶ Pater potest dupliciter sumi hic scꝫ ꝓ carnali qui est principium inesse nature ⁊ ꝓ spirituali qui est principium in esse gratie: ⁊ vterqꝫ hoc p̃cepto honorari iubet. Honor aũt fm Hiero. ĩ scriptura nõ tã in salutationibꝰ ⁊ verbis q̃ ĩ collationibꝰ munerũ sentitur. Patri ḡ carnali exhibenda est reuerentia ab eius offensa p̃cauendo et assurgendo obediẽdo eum in necessarijs sustentãdo. Sic ⁊ spiritualis est reuerendus ⁊ sibi de necessarijs ꝓuidendum Math. x. Dignus est mercenarius mercede sua ⁊c̃.

Quintum. ¶ Explicite prohibetur omnis occisio implicite vero omnis inuidia ⁊ ira s̃. ĩ. ij. li. de inuidia: in quarto de ira. nõ ꝓhibet iusta sed iniusta scꝫ cũ deest iusta causa iustꝰ ordo aut iustus animꝰ. Deest iusta causa cum aliquis sine merito occidit. Ordo cum occidit ille qui non est legis minister. Deest iustus animus cum iudex occidit libidĩe vĩdicte nõ amore iusticie

Sextum. ¶ Augustinus: non soluꝫ inhibet adulterium sꝫ generaliter illorum membrorum omnis illegittimus vsus et gula implicite que est dispositio ad luxuriam: de quibus in tertio libro.

Septimum. ¶ Non tantuꝫ furtum ꝓprie sumptum sꝫ etiam communiter sumptum qđ est omnis vsurpatio illicita rei aliene fm August. siue ꝑ vsurã rapinã siue fraudem.

Octauum. ¶ Inhibetur omne mẽdacium perniciosum: supra de veritate.

Nono et decimo. Prohibentur luxuria ⁊ auaricia quo ad affectum in nono ꝓhibetur cõsensus rationis ĩ carnale opus: de luxuria in fine tertij libri. in decimo ꝓhibetur voluntas deliberata in iuste accipiẽdi ⁊ detinendi: alienum de auaricia in principio quarti.

Ca. V

Ustorum autem.

i ¶ Hic agit de modo agendi iustum ⁊ iniustum. Circa quod p̃mittit quomodo differunt iniustificatio ⁊ iniustum dicens ꝙ iniustum est aliqua res que est contra iusticiã vel naturalem vel legalem sicut furtum. sꝫ quãdo aliq̃s hoc exrceet vel operat puta furando hec operatio vocat iniustificatio quasi iniusti factio: ⁊ simpliciter iuficatio dicitur quando aliquis operatur iustum. ¶ Deinde dicit ꝙ tunc aliquis est in iustus quando id iniustũ quod facit volũtarie facit. Et similiter ille iustꝰ qui voluntarie operatur iustum. Si autem aliquis inuoluntarie operetur nec iustus nec iniustus quo ad hoc dicitur est autem aliquid inuolũtarium ꝑ ignorantiam et per violentiam: vt dicam est supra tertio huius.

¶ His premissis dicit ꝙ aliquis tripliciter facit vel operat iniustũ fm ꝙ ꝯtingit tripliciter inferri alicui nocumẽtum Uno mõ ex ignorãtia iur] vel facti puta

circūstantiarū requisitarū ad opationez de q̄bus dictū est tertio hui⁹ vt si aliq̄s putās pcutere hostē pcutiat patrē ⁊ sic de alijs: ⁊ tale peccatū est dignū venia ꝺ quo nota q̄ dicta sūt ibi. Sc̄o⁹ cōmittitur peccatū ⁊ fit iniustū ex passione vel ī firmitate seu inclinatione appetit⁹ sensitiui: puta ex subito motu ire. Tertio aliq̄s opat iniustū ex electione et plena deliberatiōe ⁊ talis dicit peccare ex malicia. Dicit aūt peccatū ex certa malicia ſm sco..43.dis. sc̄i sententiaz: quādo voluntas ex libertate sua absq̄ erroze ī ratione ⁊ absq̄ passione in appetitu sensitiuo peccat. ibi em̄ est plenissima ratio peccati qr nihil aliud a voluntate allici ens eam ad malū. Unde tale pctm̄ ē ipius voluntatis ſm se ex libertate sua nō cōdelectādo appetitui sensitiuo neq̄ ex erroze rationis. Peccatū siquidē ex passione vl in potētia dicit appropriate eē cōtra patrē qr ei attribuit potētia. Peccatū aūt ex ignorantia ꝓtra filiū cui appropriat sapientia: Peccatū ex malicia cōtra spiritū sanctū cui appropriat bonitas. Nō dicit aūt peccatū ex malicia ex eo q̄ voluntas peccās tēdat in malū inquātū malum qz ſm Dyoni. de diuinis nominib⁹ nullus opat malū aspiciēs ſz qz est in plena malicia inquātū volūtas ex plena libertate sine actione extrinseca elicit malum velle.

Epieykeya Ca. VI

Hic aristo. determinat de iusto epieikeies q̄ ꝺ est ius directiuū iusti legalis. Circa quod notandum q̄ humani actus de quibus leges vantur in singularibus cōsistunt q̄ sunt contingentia ⁊ infinitis modis variari possunt: ⁊ ideo nō fuit possibile vīr leges regulas instituī que nullo casu paterent instantiam. Unde legislatores attendentes ea que vt in pluribus accidūt leges statuerunt in quibus nō legis verba tantū sed legislatoris mens est obseruanda ⁊ ideo in aliquo casu ꝓticulariter nō est iustū verba legis obseruare. Est ergo necessaria directio iusti legalis in quibusdā casib⁹ q̄ directio fit ꝓ ius epieykes qō se habet vt spēs respectu iusti generaliter sūpti Omne em̄ ius epieykes est iustū ſz nō omne iustū est ius epieykes sic epikeya vel equitas est quedā iusticia q̄ est habit⁹ electiu⁹ talis iusti īclinans magis ad pene minoratiōnē q̄ ad ipius pene rigorē quā quidē habēs dicit vir epieykes qui ēlectiu⁹ ⁊ operatiuus hmōi iusti: verbi gratia in quadam ciuitate statutū fuit sub pene capitis q̄ pegrini nō ascenderent muros ciuitatis ne ſz possint ciuitatis dominiū vsurpare. Hostibus autem irruentibus peregrini ascendūt muros vt defenderent ciuitatē ab hostib⁹ quos tūc nō ē dignū capite puniri. Est em̄ hoc cōtra ius naturale q̄ benefactozibus ꝓ pmio pena reddat. Et iō ſm ius naturale optet dirigere ius legale: q̄uis aūt lex patiat instantiā nihilomin⁹ tūc iuste posita est. Et defectus nō est ex pte legis vel legislatozis: ſz ex pte materie legis vl ex pte actuū hūanoruz qui infinitis modis variari possint vt dictum est. Sic etiā ī natura de communi lege hoīes nascunt cū quinq̄ digitis cōtingit tamen quādoq̄ q̄ nascunt cū pluribus q̄nq̄ pauciorib⁹ qō tamē nō est ex defectu nature vel virtutis naturalis sed ex superhabundantia materie vel defectu. Dicit cōsequenter aris. q̄ licet hominis ad seipm̄ non sit ꝓpria iusticia q̄ iusticia disponit ad alterū vt dictū est hominis tamen ad se est iusticia metaphorice vel similitudinarie dicta inquātum diuersitas potentiarum anime assimulatur diuersitati psonarum quarum vna alteri dominatur sicut ratio dominat appetitui sensitiuo.

Explicit quintus liber ethicorum.

Incipit liber sextus

Via ꝟo extitim⁹

q ¶ In p̄cedētibus libris egit aris. de virtutib⁹ ꝑficiētibus affectū: hic cōsequēter agit de virtutib⁹ ꝑficiētib⁹ intellectū dicēs ꝙ cū inp̄cedentib⁹ dictū fuit virtutes morales cōsistere in medio ꝟm ꝙ recta rō determinat ideo videndū est de virtutib⁹ ip̄am rōnē ꝑficientib⁹. ¶ Diuidit aūt ar. ꝑtē anime rōnē habentē in duo scientificū qđ ē circa necessaria ⁊ rōcinatiuū seu cōsiliatiuū qđ est circa cōtingētia đ quib⁹ est cōsiliū. Q aūt hee ꝑtes aīe sint distincte ꝓbat qꝛ necessariū ⁊ cōtingēs sunt altera genere: ꝯ erit distinctio ꝑtiū aīe hui⁹ obiecta distincta respicientiū. ¶ Circa qđ notandū ꝙ sciētificū ⁊ rōnatiuū dicunt due ꝑticule aīe non ꝙ sint due potentie aīe ex natura rei distincte: sꝫ qꝛ sunt vna potētia ꝟm diuersa officia ꝑtita: que potest etiā dici due ꝑtes ꝓpter aptitudinē quā habet ad recipiēdū distinctos habit⁹ gn̄e dr̄ntes cuiusmodi sūt habit⁹ speculatiu⁹ ⁊ habit⁹ practic⁹. Exēplū hui⁹ pōt adduci in distinctiōe aīe ꝟm portionē superiorē ⁊ inferiorē vbi nō est distinctio nisi ꝟm officia ꝟm Aug. idem em̄ ītellectus inquātū versat̄ circa eterna đꝛ portio superior ⁊ inquātū ꝯsiderat inferiora dicit̄ portio inferior. Sic etiā eadē volūtas diligēdo deū ꝑtinet ad superiorē portionē rōnis ⁊ diligēdo ꝓximū ad inferiorē. ¶ Et si arguat̄ ꝙ potētie habeant distingui ꝑ obiecta necessariū aūt ⁊ cōtingens sunt obiecta genere distincta. ¶ Rn̄deo ꝙ licet hmōi obiecta ꝑtialia distinguant̄ ꝯueniūt tn̄ in vna rōne obiecti scꝫ in rōne entis qđ est obiectuꝫ adequatū potētie intellectiue: nō oꝑtet aūt potētiā distingui ꝓpter distinctionē ꝑtialē obiectoꝝ sub eodē obiecto adeq̄to cōtētoꝝ. ¶ Circa qđ notandū ꝙ ens ponit̄ obiectū intellect⁹ nō solū ꝟm sco. sꝫ etiā ꝟm tho. in p̄ma ꝑte. 79. q. ar. 9. de quo dicit sco. xiiij. q. qđlibetoꝝ. ꝙ obiectū primū naturale potest intelligi dupliciter vno mō ad q̄d potētia naturaliter inclinat̄ ⁊ sic ens est obiectū intellect⁹ creati ꝟm suā totā cōitatē ꝓut scꝫ se extendit ad omne positiuū qđ non est nihil siue sit ens reale sine rōnis cū omne tale sit intelligibile. Alio modo accipit̄ obiectū primū naturale qđ potentia naturaliter pōt attnigere ꝟm ꝯcursū cārū naturaliū ⁊ hoc est ens limitatū. Intellectus em̄ noster sepat⁹ a corꝑe pōt naturaliter cognoscere omne ens limitatū nō aūt ens illimitatū vt deū sub ꝓpria rōne dīnitatis. Obiectū tn̄ naturaliter attingibile ⁊ adequatū intellectui nostro ꝓ statu isto est q̄dditas rei materialis vel sensibilis intelligēdo nō solū de ꝓprio sensibili sed etiā de īcluso eēntialiter vel virtualiter in sensibilibus. ¶ Deinde dicit aris. ꝙ inquirēdū est q̄s est optim⁹ habit⁹ vtriusqꝫ ꝑtis p̄fate scꝫ scientifice ⁊ rōnatiue qꝛ habit⁹ cuiuslibet potētie est optima dispositio ad op⁹ ꝓpriū illi⁹: ⁊ qꝛ habit⁹ innotescūt ꝑ act⁹ Primo videndū est q̄d est opus finale vtriusqꝫ. ¶ Ad cui⁹ euidētiā p̄mittit ꝙ tria sunt in aīa que vident̄ esse principiū ꝓprie opationis scꝫ sensus intellect⁹ et appetit⁹. Sensus aūt nullius opis pōt esse p̄ncipiū eo scꝫ modo vt dn̄et̄ sue opationi: qꝛ sic bruta haberēt dn̄iuꝫ sui act⁹ qđ est manifeste falsum: nō em̄ ducūt sꝫ ducunt̄ impetu passionū appetit⁹ sensitiui. Relinquit̄ ꝯ ꝙ alia duo sint principia actuū humanoꝝ. Intellect⁹ autez in iudicādo habet duos act⁹ scꝫ affirmationē qua cōsentit vero: ⁊ negationē q̄ dissentit falso quib⁹ correspōdēt ꝓportionabiliter duo ī appetitu scꝫ ꝓsecutio q̄ appetitus tendit in bonū que correspōdet affirmatiōi ⁊ fuga que recedit a malo que correspondet negationi. Et quādo illa sic cōcordāt vt qđ rō vere affirmat appetit⁹ recte ꝓsequit̄ et qđ illa negat ille fugit tūc est electio studiosa ⁊ bona: ⁊ sic bonū intellect⁹ practici nō ē verū simpliciter sꝫ verū cōfesse id est cōformiter se habens appetitui recto. Et in-

302

telligit hic cōformiter actiue ⁊ nō passiue: qꝛ intellect⁹ nō cōformat appetitui: sed appetit⁹ ad hoc ꝙ sit rect⁹ debet cōformari recto dictamī rōnis. Bonū āt ⁊ malū speculatiui intellect⁹ est verū ⁊ falsum simpliciter. Ptz itaq; ꝙ op⁹ ꝓprium tā intellect⁹ practici q̄ speculatiui ē veritas ⁊ ī hoc cōueniūt. Differūt āt qꝛ ītellectus speculatiu⁹ cōsistit ī cognitōne veritatis nō aūt practicus: qꝛ noticia practica ē directiua actus volūtatis tā eliciti ab ea q̄ etiā impati. vnde practicū dicit a praxis grecū qd̄ est opatio latine. ¶ Deinde dicit aris. ꝙ p̄ncipiū act⁹ impati scz a volūtate est electio ipi⁹ volūtatis se determinātis que q̄dē electio est p̄ncipiū nō cui⁹ gratia. i. finale sz vnde motus id est p̄ncipiū effectū. Prīcipiū aūt electionis est ipa volūtas ⁊ rō q̄ gratia alicui⁹. i. rō practica que speculatur ꝓpter opari. Intellect⁹ em̄ nō quidē speculatiu⁹ sed practicus ⁊ volūtas sunt vnū principiū opabiliū: vt dictū est ix. metaphice declarādo quō potētie rōnales sunt ad opposita. Ex hoc infert ꝙ electio nō est sine intellectu ⁊ appetitu ac habitu morali qꝛ bona actio nō ē sine more id est sine habitu morali q̄ requiritur cū volūtate vt ꝓmpte ⁊ delectabilit eligat id qd̄ recta rō dictat. ¶ Quia vo habit⁹ practic⁹ diuidit in actiuū q̄ est directiu⁹ opationū īmanētiū cuiusmōi sūt act⁹ virtutū: ⁊ in factiuū q̄ est circa opationes trāseuntes: Ideo cōpat aris. mētē actiuā menti factiue dicēs ꝙ mēs ipa simpliciter sumpta sine appetitu cuiusmodi ē mēs speculatiua nihil mouet ad ꝓsequēdū vel fugiendū. sz mens practica: hec aūt practica actiuascz principaᵗ menti factiue: factiua nāq; subꝑuit actiue. Factiōes em̄ que sunt opatiōes trāseuntes ordinant in actionē que est opatio īmanēs sicut oīa ordinant in vltimū finē q̄ est virtuose ⁊ feliciter opari ⁊ sic actio ipa est finis. ¶ Infert vlteri⁹ aris. ex p̄dictis ꝙ electio est intellect⁹ appetitiu⁹ vel appetit⁹ intellectiu⁹: ⁊ hec scda ps disiunctiue est vera. Est em̄ electio actio appetitus ꝑm qd̄ dirigit ab intellectu. ¶ Cōsequenter dicit aris. ꝙ electio nō est de p̄terito sed d̄ futuro: q̄ em̄ vult operari nō cōsiliat de p̄terito sz de futuro cōtingenti qd̄ nōdū est factum. Illud autem qd̄ est factū nō ꝯtingit nō fieri. i. nō factum fuisse ꝓpter quod recte dicit agatio ꝙ hoc solo priuat deus ingenita facere que facta sunt. i. facere vt illa q̄ facta sunt nō fuerint facta. ¶ Cōcludit itaq; aris. ex p̄dictis ꝙ veritas est opus tā intellect⁹ practici q̄ speculatiui lz aliter ⁊ aliter vt dictū est. Ex quo infert ꝙ illi habit⁹ sunt virtutis vtriusq; ꝑtis intellect⁹ ꝑm quos cōtingit verꝝ dicere qd̄ est bonū intellectiue ꝑtis. ¶ Circa tamen p̄dicta sciendum ꝙ scientificū potest capi dupliciter: vno modo large alio modo stricte. Scientificū large sumptū sumit ꝓ intellectu inquātū versat circa necessaria siue illa ordinēt ad scire siue ad operari ⁊ sic scientificum est in plusq̄ rōnatiuū. Reperit em̄ scientificū hoc mō sumptū nō solū in intellectu vel habitu speculatiuo sed etiā in practico qꝛ actus qui cōtingenter elicit necessario cōcludit sic debere elici vt recte eliciat ꝑm scotū in ꝓlogo primi sniarū vt theorica q̄ ē scientia practica dirigit ī dilectionē dei que potest cōtingenter elici qꝛ possum⁹ deū diligere vel nō diligere. Ad hoc tn̄ vt ille act⁹ recte eliciat optet ꝙ deus diligat ꝓpter se ⁊ sup omnia qd̄ sic pōt necessario cōcludi. Omne summū bonū est ꝓpter se ⁊ sup oīa diligendū. deus ē sūmū bonū: ḡ deus est ꝓpter se ⁊ sup omnia diligēdus. Et hoc mō habit⁹ practicus pōt dici habit⁹ scientific⁹. Rōnatiuū aūt siue cōsiliatiuū reperit solū in habitu practico. Sciētificū vero stricte sūptum ꝓ habitu speculatiuo qui ordinat ad scire ⁊ nō ad opari nō coincidit cū rōnatīo vel practico q̄ ordinat ad opari sz illa ex opposito distinguit. ¶ Notādū īsup ꝑm Sco. in ꝓlo. primi sentētiarū ꝙ praxis a qua sciētia dicit practica ē act⁹ alterius potentie q̄ intellectus naturaliter posterior intellectione natus cōfor-

miter elici intellectioni recte ad hoc vt sit rectus. Operatio em̄ a qua scia dicit̄ practica est actus elicitus seu ꝓductus a volūtate que est altera potētia ab ītellectu vel act⁹ impat⁹ ab eadē sicut volūtas impat pedibus vt gradiant̄ ⁊ hmōi ⁊ talis operatio est naturaliter posterior intellectione. Actus em̄ voluntatis seq̄tur actū intellectus qꝛ ꝟ Aug⁹. nihil ē volitū nisi prius cognitū. Talis etiam actus est nat⁹ cōformiter elici intellectioni recte ad hoc vt sit rectus. Operatio em̄ que dicit̄ praxis pōt recte ⁊ nō recte elici siue bene ⁊ male fieri respectu cui⁹ ponat̄ noticia practica directiua. Ad h⁹ aūt vt recte eliciat̄ oportet ꝙ conformet̄ dictamine recte ratiōis De hac materia satis patet primo ⁊ sexto metaphisice ideo transeo.

Unt vtiq; Ca. II

¶ Supra egit aris. de virtute ītellectuali in generali: hic āt in speciali diuidendo ip̄am in q̄nq; membra scꝫ sciam: artē prudentiā: intellectū: ⁊ sapientiā. Hi em̄ habit⁹ cū sint habit⁹ veridici siue ꝟm quos aīa dicit verū debent poni virtutes intellectuales cū veritas sit bonū intellectiue ꝑtis ex capl'o p̄cedenti nō sic de opinione ⁊ suspitiōe qꝛ ꝟm tales habitus nos cōtingit dicere falsum. Unde ꝑ opinionē que generalr ꝑ syllogismū dyaleticū fit adhereo vni ꝑti cū formidine de opposito. ¶ Et prīo de scientia inquirēdo ei⁹ obiectū dicens ꝙ cū opteat eū qui adgenerat sibi vel alteri sciam certificare se vel alterū ⁊ nō se qui solas similitudines que ꝓbabilitatē ⁊ nō certitudinē inducāt qꝛ oēs q̄ estimam⁹ nos aliquid simpliciter scire suspicamur id qd̄ scim⁹ nō cōtingere ⁊ nō posse se aliter habere: Sequit̄ ꝙ oē scibile est necessariū ⁊ eternum ingenitū ⁊ incorruptibile. ¶ Circa qd̄ notandū ꝙ eternū vel necessariū sumit̄ dupliciter. s. ꝓprie ⁊ similitudinarie. Eternū ꝓprie dicit̄ qd̄ habet existentiā sine p̄ncipio et sine fine: ⁊ hoc modo sol⁹ deus est eternus ⁊ sic nō sumit̄ in ꝓposito qꝛ nō solum habem⁹ sciam de deo sꝫ etiā de naturis rerū creaturaꝝ. eternū vero similitudinarie dicit̄ qd̄ īmutabiliter est verū ⁊ sic oē scibile est eternū ⁊ necessariū qꝛ nō solū de deo est sed etiā de creaturis formant̄ rōnes ⁊ ꝓpositiones īmutabilis veritatis que q̄dē nō sunt necessarie ī essendo sed in significando ꝓpter necessariā habitudinē p̄dicati cū subiecto. Illud etiā de quo habetur scientia dicit̄ ingeītū et incorruptibile qꝛ est de q̄dditatib⁹ rerū que abstrahunt ab existētia actuali quātū ē de se ⁊ iō ꝑ se sunt ingenite ⁊ incorruptibiles lꝫ ꝑ accidēs corrūpant̄ ⁊ generent̄ ad generationē ⁊ corruptionem singulariū in q̄b⁹ existunt. ¶ Tradit cōsequēter arist. originē scie dicēs ꝙ scia habet̄ ex p̄cognitis. est aūt scia habitus demōstratiu⁹ ꝑ demōstrationē acq̄situs Procedit aūt demōstratio ex p̄mis scꝫ ex p̄ncipijs seu ꝓpositionib⁹ īmediatꝭ ⁊ ꝑ se notis vt habet̄ in lib. posterioꝝ que sunt priores ⁊ notiores ꝯcl'one causeq; ip̄i⁹ ꝯclusionis. ¶ Alteri⁹ agit aris. d̄ arte. ē aūt ars circa cōtingētia ꝑ qd̄ differt a scia q̄ est circa necessaria que non dirigūt in opationē cōtingēt̄ eliciendā Cōtingentiū aūt quedā sunt factibilia ⁊ q̄dam agibilia. et differūt factibile ⁊ agibile ꝟm dr̄am q̄ est īter factionē q̄ ē opatio trāsiēs ⁊ actionē q̄ ē opatio īminens de q̄bus tertio ph̄oꝝ. Dicit igit̄ aris. ꝙ ars est habit⁹ factiu⁹ cū rōne vera qꝛ ē veridice directiu⁹ circa opationes transeuntes sicut ars edificatoria dirigit ad domoꝝ cōstructionē: ⁊ ꝑ hoc differt ars a prudētia q̄ est circa agibilia vt statim dicet̄. Differt aūt ars a nā qꝛ nā ē p̄ncipiū ī eo in q̄ ē: ars aūt ē p̄ncipiū motus nō ī opante sꝫ in opato formā ī mām inducēdo. ¶ Notādū tn̄ ꝙ lꝫ ars ꝓprie sūpta eo mō quo sumit̄ hic nō ē scia sꝫ ars habit⁹ practic⁹ ⁊ scia habit⁹ speculatiu⁹: Ars tn̄ large sūpta vt sumit̄ a tulio ī sua rethorica que est collectio multoruꝫ p̄ceptoꝝ seu regularū ad eūdē finē tendētiū bene est scia hoc mō em̄ se extēdit

303

ad habit⁹ practicū ⁊ speculatiuū. ¶ Cō sequenter determinat aris. de prudētia circa qō pmittit q ille dicit prudēs q̄ bene pōt cōsiliari circa totū bene viuere hominis. ¶ Cōsiliū aūt est ō cōtingentib⁹ que sunt in potestate nostra. Ex quo sequit q prudentia nō est scia que ē circa necessaria nō est etiā prudētia ars quia ars ordinat ad factū ⁊ prudētia ad actionē que sunt adinuicē dīa: qō ꝓbat quia aliq̄d aliud a factione est finis ei⁹ qz scz factio ē ad aliquē terminū ꝓductū ī passo. ⁊ ideo dicit actio trāsiens sicut p edificationē ꝓducit dom⁹: sed actionis nō semp finis aliq̄d ad alterū ab ipa. nō ei est necessario ad aliquez terminū ꝓductū ⁊ iō dicit actio īmanēs. Ex his pcludit aris. q prudētia ē habit⁹ electiu⁹ cū rōne vera circa hoīs bona ⁊ mala. Dicitur autē habit⁹ actiu⁹ qz est habit⁹ dire rectiu⁹ ꝑm dictamē recte rationis circa opationes immanentes cuiusmodi sunt opationes virtutū que maxime cōsistūt in opatione voluntatis in qua principaliter cōsistit bonitas ⁊ malicia moralis. Teste eīm Aug⁹. peccatū adeo est volūtariū q si nō esset volūtariū nō eēt peccatū. ¶ Deinde dicit aris. q tpantia saluat ꝓuidētialē estimationē quā intpantia corrūpit. Delectabile ei amatū ⁊ triste oditū licet nō corrūpāt estimationem que nec habet ordinē ad ipam vt q triangulus hz tres angulos equales duob⁹ rectis corrūpunt tū caz que est circa opabile. Cui⁹ ratio est qz ꝑncipia rōnis que fiunt de opabilibus sumunt a fine cui⁹ gratia sunt opanda. intellectui aūt quo ad iudiciū corrupto p delectationē vel tristiciā nō apparebit cōfestim ꝑncipiū sumēdū ex fine nec appebit q oporteat gratia hui⁹ finis elicere et operari vt declarabit in fine hui⁹ libri. ¶ Insuper cōpat prudētiā ad artē dicens q ille qui peccat circa artem volēs ⁊ sponte eligibilior est illo q̄ peccat nolēs ⁊ inuite qz iste peccat ex defectu artis. ꝑm⁹ aūt nō: ⁊ ideo iste est deterior artifex. circa prudentiā vero est ecōuerso. Hā qui peccat in moralib⁹ ex ignorātia vel inuite ē dign⁹ venia. Qui ⁊o volūtarie peccat ē puniendus. est etiā prudētia virtus q̄ dā ⁊ nō ars qz scz prudētia nō solū ē virtus intellectualis sicut ars sed etiā moralis inquātū dirigit in opationes virtutū moraliū. ¶ Deinde dicit q hz subiectū prudentie sit ps anime opatiua q̄ est circa cōtingens nō tñ est solū cū rōne qz cuiuslibet habit⁹ qui est solū cū rōne potest esse obliuio sed prudentie nō potest esse obliuio igit nō est solū cū rōne hz etiam cū appetitu. ¶ Ad euidentiā ꝓdictorū notandū q habit⁹ dat obliuioni ꝓpter otiū vel cessationē ab ope talis habitus. Talis aūt cessatio nō pōt supuenire prudētie cū p ipam tota vita humana regi habeat. et iō pri⁹ corrūpit prudētia p ipsudentiā q̄ supueniat obliuio p cessationē. Et loquit aris. hic de prudētia in genere sumpta siue in vli respectu omnis virtutis que nō pōt esse in intellectu sine virtute morali in appetitu vt ī sequentibus videbit. ¶ Notandū insuper q vt ibi dicet in omni virtute morali requirit prudentia in intellectu regulatiua ⁊ habit⁹ virtutis in voluntate vt ꝓmpte ⁊ faciliter eligat id qō ratio recta dictat ⁊ determinat esse eligendum. Habitus aūt virtutis generalit ex frequentib⁹ electionib⁹ vt habitus castitatis ex frequenter eligere cōtinere. Prudentia vero generat ex frequētib⁹ dictaminib⁹ id est ex frequēter determinate apphendere hoc esse agendū. hz aūt scientia moralis sit habitus actiu⁹ cū rōne vera sicut prudentia tñ in hoc differūt ꝑm sco. in plo. ꝑmi sniarū q sicut ars se habet circa factibilia ad habitū expti ita se hz scientia moralis circa agibilia ad habitū prudentie qz habitus artis et scie moralis quasi sunt remoti ad agendū qz vles sed habit⁹ prudentie ⁊ expti qz geniti sunt ex actibus sunt particulares ⁊ propinqui ad dirigendū. ¶ Agit vlterius aris. ō ictellectu. ē aūt intellect⁹ habit⁹ ꝑnciplox syllogismi ōmōstratiui p quē adgenerat scientia qō sic ꝓbat aris. qz

habitus principiorum est vel scientia vl' ars vel prudētia vel sapiētia vel intellectus Sed non est scientia: qꝛ omne scibile est demōstrabile. Principiū autē demonstratōis non est demōstratio qꝛ tunc esset ꝓcessus in infinitū: ex ꝑmo posteriorū. Q. etiā nō sit ars nec prudentia probat qꝛ illa sūt circa cōtingētia: principiū aūt demōstratōis ē necessariū ꝑmo post. Q. etiā nō sit sapientia ꝓbat: qꝛ ad sapientē ꝑtinet vt habeat demōstratōem de primis causis entiū. Relīquit igit ꝙ habitus principioꝝ sit intellectus nō q̄dez ꝓut intellectus est quedā potētia anime sed talis cognitio dicit intellectus eo ꝙ intellectus statim assentit principijs cognitis termīs Licet aūt alique ꝓportōnes contingentes sint ꝑ se note et inmediate: vt volūtas vult calidum calefacit: ⁊ sic de alijs: et cognitio taliū ꝑncipiorū large posset dici intellectus non tñ proprie: qꝛ vt patet ex ꝑcedeñ. intellectus ī ꝓposito dicit habitus principioꝝ demōstratōis que sūt necessaria. Premisse nāq̄ syllogismi demōstratiui dñt eē necesse: ex primo pos. licet enī cōclusio necessaria bñ syllogiset ex ꝑmissis nō necessarijs sicut verū ex falsis nō tñ demōstratiue. ¶ Demū tractat aristo. de sapientia: Circa quod ꝑmo dicit ꝙ sapientia accipitur dupliciter: Uno mō ꝓ vltima ꝑfectione cuiuslibet artis: et sic sapientia dr̄ ꝟtus artis. i. vltimū de potentia in adipiscendo et attingendo certitudinē artis ī sūmo: ⁊ hoc mō nō dr̄ aliquis sapiens simpliciter sed ꝑticulariter puta sapiens latomus vel barbitonsor: et sic nō sumit in ꝓposito sed sumit ꝓ noticia specl'atīa primarū causarū et principioꝝ omniū entiū cuiusmodi est habitus metaphe que est circa ꝑma ꝑncipia entium siue incōplexa vt sūt deus et intelligentie siue cōplexa vt sūt cōia principia de quibus ait metaphisica rōnes terminoꝝ notificādo vt quid est totum q̄d est pars ⁊ sic de alijs: vt dictum est quarto meta. ⁊ talis habitus facit hoīem simpliciter sapientez. cuius ē om̄ia scire in vniuersali scz ⁊ ꝑm rōem entis: t vhabetur primo metaphi. Est aūt sapiētia certissima vt dcm̄ ē ibidā prīo qꝛ tractat de cōmissiuis. vñ sic sapientia ꝑticulariter sumpta est cognitō certissima in qualibet arte ꝑticulari: ita q̄ ē simpliciter sapientia ē maxime certitudinis. Certitudo etiā sapienlie patet scdo ex hoc qꝛ est circa primas causas q̄ de natura sua sūt ꝑfectissime cognoscibiles. Ex ꝑdictis infert ꝙ cū sapientis non sit solum scire conclusiones que oriunt ex principijs sed etiā ipsa principia sequit ꝙ sapientia est intellectus et scientia: et sic sapientia quodāmodo vtrunq̄ includit. Differt tamē sapiētia a sciētia quia sapientia est circa causas altissimas non sic scientia. Differt aūt ab intellectu: qꝛ licet inquirat de coībus principijs nō tñ de proprijs principijs sciētiarū ꝑticulariū. Infert cōsequēter aristo. ꝙ sapīa est caput omniū habituū intellectualiuz cū sit circa optima et nobilissima entia cuiusmodi sūt deus ⁊ intelligentie. Unde dicit ꝙ inconueniens ē ꝙ si q̄s existimet scīam polliticā vel prudētiā eē nobilissimam cū hoc circa cuius cōsiderationem versat non sit optimū et nobilissimū oīm entiū: qꝛ igitur habitus q̄ ē de honorabilissimo subiecto est nobilius ex primo de anima sequit ꝙ sapientia erit habit⁹ nobilissimus inter habitus intellectuales. ¶ Deinde dicit sapīam differre a prudētia qꝛ sapīa est circa vniuersalia: prudentia aūt cū sit actiua non ē solū circa vniuersalia sed etiam circa singularia circa q̄ sūt actōnes. Unde si aliquis medicus sciat in vniuersali ꝙ carnes leues sūt sane et digestibiles talis non inducit sanitatē ex illa vniuersali noticia sed is qui scit in ꝑticulari carnes volatilium eē lenes et sanas de facili sanitatem inducz.

Rit. Capitu. III.

¶ Postq̄. p. in ꝑcedeñ. detmīnauit de quinq̄ habitib⁹ intellectualibus: hic cōsequēter detmīat de ꝑtibus prudētie. Et primo de eius ꝑtib⁹ subiectiuis que st̄ prudētia politica que

ordinat hoiem ad bonuz cõe ciuitatis et
prudentia yconomica q̃ ordinat ad bonũ
cõe domus vel familie ⁊ prudẽtia q̃ ordi
nat ad bonũ ꝑ̃ticulare q̃ retinet nomẽ com
mune qz talʼ manifeste videt esse prouden
tia ⁊ põt dici prudentia ꝑsonalis vel mo
nastica. ¶ Dicit autẽ q̃ politica et prouden
tia sũt idẽ habitus licet ipsis non sit idez
esse hoc cõitez exponitur non q̃ politica
sit idem habitꝰ ſm substantiã cuiuslibet
prudentie q̃ ordinat ad bonũ cõe sed pru
dentie que ordinat ad bonũ que est idem
habitus cũ politica ſm rem sz ordũt ſm
rõem : qz ille habitus dicitur prudentia
put ẽ recta rõ rerũ agibiliũ: ⁊ oz politica
sez in ordine ad bonũ cõe. ¶ Deinde di
uidit prudentiam politicã in duas ꝑtes
sez in architectoricam que dicit legis po
sitiua: que sez ꝑficit et reddit principem
bonũ q̃ quam ſm rectã rõem ponit leges
bene viuẽdi cũ ciuibus sicut architector
ponit leges opandi suis manuartificib⁹
Alia ẽ prudẽtia q̃ est legis executiue cir
ca negotia ciuitatis q̃ a ciuitate oñ politi
ca vel ciuilis . Ad hãc ꝑtinet snĩa que ẽ
applicatio rõis vlis ad aliꝰ ꝓticulaꝝ ope
rabile tales aũt leges positas in ciuitati
bus exequeñ. oñr ciuiliter conuersari .
¶ Deinde dicit arist. q̃ prudẽtia ẽ consi
liatiua seu inquisitiua ⁊ indicatiua ſm q̃
sumũtur due ꝑtes prudẽtie sez eubolia q̃
ꝑtinet ad cõsiliũ et synesꝭ que ꝑtinet ad iu
diciũ. ¶ Cõsequẽter excludit quendã er
rorẽ ꝓuenientẽ ex opinione eoꝝ q̃ inor
dinatũ amorẽ hñt ad seipos ⁊ ex hoc exi
stimant q̃ illi soli sint prudẽtes q̃ propꝫ
negotijs intendũt dicẽtes politicos non
esse prudẽtes sz supuacuis rebus intẽdẽ
tes et aliq̃d opantes ꝑ̃lus q̃ ad eos spe
ctet: hunc errorẽ excludit arist. dicẽs q̃ p
ꝑtiũ bonũ vniuscuiusq̃ singularis ꝑsone
nõ ꝑt esse sine recta dispensatõne domus
seu vrbanitate seu recta dispensatõe ciui
tatis sicut nec bonũ ꝑtis sine bono totiusꝫ
et sic intendẽtes bono cõi propꝫ bono ĩ
tẽdũt. ¶ Vlteriꝰ mãifestat q̃dã q̃d supra
dictum ẽ sez q̃ pruden tia nõ solum ẽ cir
ca vlã sed etiã circa singularia dicens q̃
signũ huius ẽ qz iuuenes faciliter ꝑñt ef
fici mathematici nõ aũt prudentes: quia
prudentia ẽ circa singularia q̃ cogñscũtur
ꝑ experiẽtiã ad quã requirit̃ tꝑis longitu
do cuiusmodi sũt actus humani quorum
nõ hñt iuuenes experientiam. Sic etiã di
cit q̃ citius ꝑñt effici matehẽatici q̃ phi
sici vel sapientes vl̃ metaphisici . Cuius
causa est qz mathematicalia nõ transcen
dũt imaginatõem nec req̃rũt experientiam
ꝓphisicalia aũt licet nõ excedãt sensuz ⁊
imaginatõem requirũt tñ experientiam.
cũ nõ abstrahãt a motu ⁊ mã sensibili sic
mãlia. experiẽtia aũt ẽ sẽsibiliũ: ⁊ ideo di
cit arſ. q̃ principia materialia cognoscũt
ꝑ experientiã: Methaphisicalia vero tran
scẽdũt sẽsũ ⁊ imaginatõez ⁊ req̃rũt vali
dũ intellectũ. vnde dicit q̃ iuuenes hec
sez metaphicalia non credũt id est nõ at
tingunt mente: licet ea dicant esse. Ex q̃
patẽter innuit̃ q̃ habita logica q̃ docet
modũ sciẽdi ꝑmo iuuenes sũt inbuendi ĩ
mathematica: deinde in ꝓbica. quarto ĩ
ethica. et postmodũ in metaphisica.

¶ Probat vlterius prudẽtiam esse circa
singularia ex hoc q̃ est habitus consilia
tiuus . In cõsiliãdo aũt ꝓtingit dupliciter
peccare: vno mõ circa vlẽ vbi fũdat̃ ma
ioꝝ ſylogiſmi ꝓactici : vt dicendo oñes
aque ponderose sũt ꝓaue. Alio mõ circa
singulare vbi fũdat̃ minoꝝ puta aqua
hui⁹ fontis ẽ põderosa. Est igit̃ prouden
tia alio mõ singulare q̃s ẽ extrẽuz opabi
le qz ad ipa singularia q̃ sũt circa opatõs
applicat prudẽs vlia principia agẽdoꝝ.

Doctet. Caplñ. IIII.

¶ Supra determinauit arist. de
ꝑtibus subiectis prudẽtie: h̃ de
termiat de eubulia synesi ⁊ gnome q̃ pos
sũt dici ꝑtes ãſi integles prudẽtie qz ha
bẽt quãdã similitudinẽ cũ ꝑtib⁹ integra
libus inq̃tũ req̃rũt ad ꝑfectũ actũ prudẽ
tie. est enĩ prudẽtia cõsiliatiua et iudica
tiua. eubulia aũt ꝑtinet ad cõsiliũ. Sine
sis ãſo ⁊ gnome ꝑtinẽt ad iudiciũ. Pñt
etiã dici ꝑtes potẽtiales prudẽtie qz nõ
attingũt ad completã rõem prudentie cu

ius est non tm̃ consiliari et iudicare sed etiam p̃cipe. vt infra videbitur licet concurrãt ad quosdã eius actus secũdarios. Dicit aũt arist. q eubulia nõ ẽ scientia: qz habẽtes sciam nõ iã querũt de illis q̃ sciunt. eubulia aũt cũ sit quoddã cõsiliũ est cũ inq̃sitõe. Omne enĩ cõsiliũ ẽ cũ inq̃sitõe: oiñe eñ cõsilium est questio q̃dam ⁊ non econuerso.

¶ Deinde oñdit q eubulia non ẽ eustochia nec solercia: Circa qõ notãdũ q solercia vel eustochia est quedã abilitas ad velociter inueniẽdũ mediũ ad cõcloem ĩ ferẽdã. Solertia dr̃ tm̃ generaliter ĩ omni materia. eustochia vo ĩ mã morali. Unde dicit arist. q eustochia ẽ q̃dã solercia. Q aũt eubulia nõ sit eustochia ꝓbat qz eustochia ẽ cõiecturatio velox ⁊ sine inquisitione rõis. eubulia vo ẽ cõsiliatio cum inq̃sitõe. Ad bñ nanq̃ cõsiliandũ nõ solũ req̃rit excogitatio eox que sũt ad finẽ sed req̃rit temp⁹ cõgruũ: vt viz hõ nec sit nimis velox vel p̃cipitans nec nimis tardus in cõsilijs.

Ulterius dicit q eubulia non est opinio quia opinio licet non sit certa: determinat se tamen ad vnam partem. eubulia vero ad nullam partem declinat. Opinio autem est alicui⁹ enũciatio. eubulia aũt nõ ẽ enũciatio sz inq̃sitio. Quia vo ille q̃ male consiliat dr̃ peccare ĩ ꝓsiliando: q̃ aũt bñ consiliat dr̃ recte cõsiliari: ⁊ talis ẽ eubulus ideo eubulia ẽ rectitudo q̃dã cõsilij. Ad dr̃ ab eu qõ ẽ bonũ ⁊ bolis qõ ẽ ꝓsiliuz. et sic ad ꝓfecte sciẽdũ q̃d ẽ eubulia oportz scire q̃d ẽ cõsiliũ ⁊ circa q̃d sit: de quo dictum est in tertio. ¶ Deinde dicit q eubulia non est rectitudo consilij proprie sumpta que sez ẽ in malũ finez sicut incõtinẽs dicit recte cõsiliari qñ p suã rõem inuenit viam efficaciter ducentem ĩ finẽ malum puta adulterium. est etiã eubulia rectitudo cõsilij in finẽ bonũ p viam bonam sicut enĩ nõ recte syllogizaret qui concluderet sic non est eubulia ꝑm quam clusionem veram p falsum syllogismum aliq̃s adipiscit finẽ quẽ nõ optet et nõ p viã p quã optet puta si q̃s furet vt pauperi subueniat. Cunq̃ prudentis sit bene cõsiliari optet q eubulia simplicit dicta sit rectitudo consilij in ordine ad illũ finẽ circa quã verã estimatõnem hz prudentia simplicit dicta que ẽ circa totum bñ viuere hois. Illa enĩ q̃ dirigit ad aliquẽ finẽ pticularẽ nõ est eubulia simpliciter dicta sed eubulia quedam. ¶ Ex predictis patet q eubulia ẽ rectitudo cõsilij ad finẽ bonũ simplr̃ p vias cõgregans et tpe p̃nti. Determinat ꝓsequẽter arist. de sinesi circa qõ dicit q sinesis ꝑm quã dicimus aliquos esse sinetos. i. sensatos nõ est totaliter idem q scientia vel opio qz cum nullus scit qui non habeat scientiã vel opinionem si sinesis esset scientia vel opinio tunc oñes homines essent sensati: quod patet esse falsum. ¶ Deinde cõparat sinesim ad prudentiam dicens q licet sint circa idez qz vtraq̃ est circa cõsiliatiua: differunt tamẽ qz sinesis est solus iudicatiua prudentia vero est preceptiua

Ad cuius euidentiã notãdũ q vt dcm̃ est in precedeñ. Prudentia ẽ recta ratio rerum agibilium. Uñ oportet q illesit precipuus actus prudẽtie q̃ est actus p̃cipuꝰ rõis agibiliũ. Circa quod sunt tres actus quorum primus est consiliari quod pertinet ad inuentionẽ. Ad cõsiliari est querere: vt supra habitum est. Secũdus actus ẽ iudicare de mediis inuentis an sez sint vtilia ad vltimum finem consequendum et qõ illorũ sit vtilius. Tertius actus est precipere qui q̃dem actus consistit in applicatione consiliatorum et iudicatorum ad operandum et hic est principalis actus prudentie. Unde dicit Aristotiles q prudentia est preceptiua vt procedatur ad actum: quia finis eius est determinare quid oportet agere vel non. Consiliari autẽ quod pertinet ad eubuliam et iudicare quod pertinet ad sinesim sunt actus secundarij prudentie. Exemplum: vt aliquis potest p eubuliam inquirere et per sinesim iudicare q homines ad consecutionem vltimi

finis debent ab illicitis voluptatib⁹ ab stinere. Et demum intellectus prudētis hanc cognitōem ad opus applicando p̄cipit volūtati fugā voluptatū et ꝓsecutionē virtutū: et sic regulat volūtatē dictādo seu determinādo ꝙ oꝑtet eā sic oꝑari si finē vltimū velit cōsequi. Istud aūt p̄cipe ē stimnlare volūtatē ad bonū quod a theologicꝭ vocatur sinderizare. ¶ Est enī sinderisis habitus principioꝝ practicoꝝ in intellectu vt puta deo ē obediendum: ꝓximo non est iniuste nocendū: vt dictum est in p̄cedentibus. Intellectus igitur prudentis applicando huiusmōi principia ad ꝑticulare agibile stimulat volūtatē ad bonū et facit eā remurmurare contra malum. Per predicta autē nō potest concludi intellectum esse nobiliorem volūtate qꝛ intellectus nō absolute p̄cipit volūtati cum volūtas sit libera et possit nō agere sed p̄cipit ꝑ modum cause subseruientis ipsam voluntatē dirigēdo sicut puer lumīs portitor dño suo subseruit. E contra aūt voluntas absolute p̄cipit intellectui vt ītelligat ꝑ modū cause suꝑioris ita ꝙ non potest intellect⁹ resistere voluntati. Unde patet voluntatē nobiliorem esse ītellectu. Hinc est ꝙ habitu charitatis informat̄ que alijs v̄tutibus suꝑeminet. ¶ Agit vlterius aristo. de gnome que est rectitudo iudicij ī his in quibus oꝑtet a cōmuni lege recedere Ad cuius euidentiam sciendū ꝙ sicut in appetitu humano debet eē iusticia q̄ d̄r iusticia coīs q̄ ē iuris cōmunis electiua. qd̄ q̄dē ius dicit̄ ius legale ⁊ habet locū vt in pluribus licet deficiat in quibusdā paucis casibus ⁊ cum hoc debet esse alia iusticia iuris singularis ⁊ epieykes electiua qd̄ est directiuū iuris legalis: ⁊ illa v̄tus dicitur epikeia: vt dictuꝫ est in .v. huius: Sic etiaꝫ in intellectu est quedā noticia iuris communis discretiua que dicitur Sineꝭ habens locum vt in pluribus: ⁊ cuꝫ hac est alia noticia iuris epieikes et singularis discretiua que dicit̄ gnome habens locum in paucioribus. ¶ Deinde compat aristotiles habit⁹ predictos adinuicē dicens ꝙ om̄es habitus p̄fati sūt in idem tendentes. Om̄es em̄ tendunt circa singularia extrema et singularia operabilia. Eubulia inquirēdo sineꝭ ⁊ gnome iudicando et prudentie p̄cipiendo. Idez etiam dicit de intellectu qꝛ si est extremoꝝ in vtraqꝫ ꝑte accipiendo extrema siue in sursum ascendendo vt sunt vniuersalia siue deorsum vt sūt singularia. Extrema quidem vltima sūt ꝓpositiōes prime et inmediate q̄ cognoscūtur cognitis termīs quarū quedā sunt d̄ necessarijs vt in scientijs speculatiuis ⁊ quedā de contingentibus vt in practicꝭ qꝛ intellectus ē extremoꝝ siue vniuersalium siue singularium. ex hoc infert arꝭ ꝙ est principiū et finis ⁊ loq̄tur de intellectu practico ꝓcedendo enī ab vniuersalibus ad singularia intellectus vniuersalium est principium et intellectus singularium est finis. et hic ꝓcessus est cuꝫ descendimus a principijs moralis scientie ad opera prudentie ꝑ syllogismū prudentialem in quo etiam minor est singularis. Procedēdo vero a singularibus ad vniuersalia intellectus singulariuꝫ ē principium et intellectus vniuersalium est finis. et hic processus est cum colligimus principia moralis scientie ex experientia oꝑm humanorum. Unde d̄t arꝭ. ꝙ oportet bene oꝑantem habere sensuꝫ singularium: hic autem sensus est intellectiuus a quo homines dicūtur sensati: de quo dicit Aug⁹. xj. de ciuita. dei: ꝙ animus rectissime dicitur sensus. vel potest sensus sumi pro vi cogitatiua que dicitur vis experimentatiua q̄ ab Aris. vocatur intellectus passiu⁹ in li. de anima. Dicitur etiā rō ꝑticularis qꝛ ē collatiua intentionum indiuidualium. ¶ Demuꝫ dicit arist. quoddaꝫ documentum dicēs ꝙ in disciplīa moralium non min⁹ oportet attendere ad opera virorum seniorū et expertorum q̄ ad determinatōnes scolasticorum: quia enī ex longa tꝑm experientia habent vsum intellectualem seu rectum iudicium de operibus humanis ideo optime vident principia ⁊ regulas

actuum humanorum. ¶ Ad euidentiam predictorum notandū ꝙ eubulia sineſ ⁊ ⁊ gnomi ponūtur a quibusdam habitus distincti a prudentia: ꝑ qua opinione facit illud qđ dicit aristo. ꝙ sūt habitus in idem tendentes. Alij vero dicūt ꝙ põere tot habitus videtur superfluum cum consiliari qđ ꝑtinet ad eubuliam ⁊ iudicare qđ ꝑtinet ad sinesiz ⁊ gnome sint actus prudentie q̄ est habitus consiliatiu⁹ et iudicatiuus ſm aristo. vt dcm̄ est in p̄cedentibus. Dicūtur aūt esse habitus qꝛ sunt quedā abilitates naturales dicente Aris. ꝙ naturalia videntur esse hec sed ꝙ videmus esse aliquos naturaliter aptos esse ad recte consiliandū alios ad iudicandū alios vero ad precipiendū sibi ⁊ alijs que quidez abilitates naturales habent cōplemētū ab habitū prudētie inclināte ītellectū ad hmōi actus q̄ q̄dem vt disponit ad omnia opa p̄dicta dicit̄ prudentia. Ad hos tres modos actus prudentie p̄nt reduci ꝑtes prudentie q̄ a quibusdam varie assignant̄. A Tullio eniz ponūtur memoria intelligētia et prudentia. A macrobio aūt ponūtur ratio intellectus circumspectō ꝓuidētia docilitas et caucio. Ab alijs v̄o solercia seu eustochia. Ad p̄mum enī actum prudētie ꝑtinet q̄ est consiliari eustochia docilis̄ memoria et ratio. Cōsiliari nanq̄ est q̄ddā querere. Ad bene aūt querere requirit̄ ꝑtās inueniendi que si habeatur ex propria sagacitate potest dici solercia vel eustochia que licet ꝓprie sumēdo termīos drn̄t ab inuicē et ab ebulia vt dcm̄ ē in p̄cedentibus: large tamē p̄nt sumi ꝑ eodem scz ꝑ idoneitate inueniendi mediū in agibilibus. Si v̄o habeatur ꝑ alienā eruditionez p̄supponitur docilitas: vt. s. homo sit bn̄ susceptibilis discipline documēta alioꝝ nō cōtemnēdo. Requirit̄ etiā retentio inuentoꝝ ad qđ facit memoria ac collatio inuentoꝝ in inquisitōe cōsilij ex quibusdam ad alia ꝓcedendo qđ est ratōis opus. ¶ Ad secundū v̄o actū prudentie q̄ est recte iudicare ꝑtinet intellectus seu intelligētia que ē sana estimatio finis ꝓpter quem oꝑtet ꝺ et nunc opari a quo quidē fine sumūtur prīcipia ad ea q̄ sūt ad finē. Requiritur etiam circumscriptio omniū circumstantiarū que debentur opinioni. Secūdo requiritur cautio seu cautela que est discretio bonorum ⁊ maloꝝ possibiliū euenire actui seu opationi. ¶ Ad tercium aūt actum prudentie qui est precipe ꝑtinet ꝓuidentia ꝑ quā aliud futurū ꝓspicitur vt caueat̄ vel effectui mancipetur. Est eī causa applicandi ad opus consiliata ⁊ iudicata. ¶ Numerantur etiā a quodam int̄ ꝑtes prudentie dialetica rethorica et phisica. quod a beato thoma dupliciter exponit̄ Uno mō ꝙ ibi sumitur prudentia large ſm ꝙ includit scīam specl̄atīam: ⁊ sic ꝑtes ei⁹ ponūtur dialetica rethorica ⁊ phisica ſm tres modos ꝓcedendi in sciētijs quoꝝ vnus ē ꝑ demōstratōem ad scīam causandam ⁊ ꝑtinet ad phisicam: vt sub phisica intelligūtur omnes sciētie demōstratiue. Alius modus ē ex ꝓbabilibus ad opinionē faciendaz quod pertinet ad dialeticam. Tertius modus est ex q̄busdam coniecturis ad suspicionem inducēdam vel aliqualiter ꝑsuadendum: ⁊ ꝑtinet ad rethoricam. Alio mō exponit̄ sumendo experientiaz proprie ad quā hec tria ꝑtinent inquantum ratiocinat̄ interdum ex necessarijs ex ꝓbabilibus ⁊ int̄dum ex quibusdam coniecturis.

Ubitauit. Ca. V.

¶ In p̄cedentibus determīauit aristo. de ꝑtibus prudentie ⁊ ei⁹ connexione: hic cōsequēter determinat de vtilitate sapientie et prudētie et eius connexione cuz virtutibus moralibus. Utilitatē aūt sapiētie et prudentie ostendit remouēdo dubitatōem que cōmunit̄ ex rationibus aliquoꝝ oritur dicentium istas v̄tutes esse inutiles ad felicitatem. Quod sic probant primo de sapientia: Felicitas est operatio ſm virtutem: illa ergo virtus que non est consideratiua alicuius humane operatōnis inutilis ē ad felicitatem. talis autem ē sapientia: cōsiderat enī causas altissimas ⁊ prīcipia p̄

306

ma circa que nulla opatio videt esse: ergo sapientia est inutilis homini. Secundo pbāt hoc de prudentia qr habit⁹ ad bñ opari vtilis reddit nos bñ opatiuos prudētia aūt nō est hmōi qr hō opat opera vtuosa ex eo q habz habitum virtutis ⁊ nō qr cogscit illa. prudētia aūt solū cognoscit opabilia: ergo prudentia nō ē vtilis ad bñ opari. ¶ Has rōnes soluit aristo pmo genaralit dicēs q sapientia ⁊ prudentia sūt vtiles posito q nullā haberēt opatōem circa felicitatē eoq sunt pfectiones anime. ¶ Deinde soluit illd in speciali quod obicitur de sapientia. d. q sapientia maxime facit ad felicitatem cū sit pncipiū cōtemplatōis in q̄ maxime consistit felicitas. Q aūt obicit de prudentia soluit dicens q ad opus vtutis requrūtur duo. Unū ex parte appetit⁹ scz recta intentio in finē quā facit virtus moralis inclinās volūtatē ad rectam electōez eorum que sūt ad finem sm dictamen recte ratōis vt scz opetur vtuose ppt opere rum bonitatem ⁊ vltimi finis assecutōez Q enīz metu ignorantia vel intentōne mala opa iusta faciūt nō opant iuste nec studiose. Requiritur etiā ad opus virtutis aliud ex pte intellectus scz sana estiatio agendoꝝ in pticulari qd facit prudētia que est regulatiua volūtatis. ¶ Ostēdit etiam aristo. vtilitatē prudētie compando ipam ad naturalem industriaz dicens q in intellectu est q̄dam naturalis potentia que vocatur demotica vel naturalis industria que est quedam aptitudo intellectus ad pmpte exequendum: qd homo intendit opari que quidem est indeterminata ad bonum et malum. Und respectu mali finis est vitupabilis ⁊ vocatur astucia que est quedam calliditas per quam mali homines sciunt adipisci finem peruerse intentum. Si vo intētio ad quam pficiendam intendit sit bona ē laudabilis ⁊ pficitur talis potētia p prudentiā: ⁊ idcirco prudentia ē necessaria ad opus virtuosum: vt determinat preiatā potentiā ad bonum. ¶ Consequenter agit aristo de connexione prudentie cū virtutibus moralibus. Et primo ostēdit prudentiam non esse sine virtute morali quia prudētiales syllogismi que sunt de operabilibus habent principium sumptum a fine: puta qr finis est talis. s. bon⁹ vel optimus optet sic operari. Hoc autē nō pt veraciter apparere nisi homini o no p virtutem. Peruertit enim malicia estimatōem prudentie ⁊ mentiri fac circa practica principia quare impossibile ē q aliquis sit prudēs nisi sit bonus p virtutem. ¶ Sed contra hoc arguitur sic: In intellectu potest esse rectum dictamē de opabilibus absqz hoc q volūtas eligat cū volūtas sit libera: ergo in intellcū pōt generari habitus prudentie licet in volūtate nō sit habitus vtutis moralis. Cōsequentia patet qr prudentia generatur ex hmōi dictaminibus. Ad euidentiam huius notādū sm Sco. 36. 3. sen. q sicut ars respicit factibilia: ita ⁊ prudētia agibilia: nec est maior connexio vtutum agibilium vt respiciantur ab vno habitu q̄ factibilium: sicut ergo diuersa factibilia requirunt diuersas artes propas ita diuersa agibilia prudentias aliquas proprias: et sic respectu diuersarum virtutum moralium possunt esse plures pticulares prudentie licet sit vna prudētia simpliciter seu vniuersaliter sumpta respectu omniū virtutum moralium. Argumentum igitur bene pbat q prudentia pticularis respectu vnius vtutis potest esse sine alia. Phs enim dicit q est impossibile hominem esse prudentem nisi sit bonus loquitur de prudētia simpliciter sumpta. nullus enī pōt esse simpliciter prudens respectu omis virtutis nisi sit bonus. Execat nanqz malicia intellectum dupliciter scz priuatiue ⁊ positiue. Priuatiue quidem auertendo intellectū a recta ꝯsidatiōe volūtas eī eligēs oppositum alicuius recte dictati non pmittit intellectum diu stare in illo rcō dictamine sed auertit ad cōsiderandū aliqd alid inptinēs vt sine displicētia ⁊ conscientie remorsu opetur qd sibi libet. Positiue aūt execat: qr sicut volūtas recte eligēs finem puta castitatē vel beatitudinem pcipit intellectui ꝯsiderare illa

q̃ sũt necc̃ria ad illũ finẽ ex q̃bus cõsidera
tionib⁹ generat̃ habit⁹ prudẽtie: ita vo-
lũtas p̃stituẽs sibi malũ finẽ impat intel-
lectui cõsiderare media vl̃ rõnes appen
tes ad cõsequẽdũ illũ finẽ puta ad dele-
ctabilia ꝓsequẽda ⁊ terribilia fugienda
ex q̃bus cõsideratiõib⁹ generat̃ habitus
inprudẽtie seu stulticie q̃ directe oppo-
nitur habitui prudẽtie ⁊ est error ĩ agibi
libus licet non circa speculatõnem: ⁊ sic
volũtas mala execat non quidem facien-
do errare intellectum circa prima princi
pia practica in se considerata cũ sint no-
ta ex terminis sed faciendo intellectũ ha
bere habitũ considerãdi om̃ia media ad
malũ finem impediẽdo ip̃m a cõsiderati
one principioꝝ ⁊ ne frequẽtius applicet
ipsa principia practica ad ꝑticulare agi-
bile: et sic non põt generari habitus pru
dentie simpliciter sumpte ex dictamĩbus
intellectus licet generetur aliq̃ ꝑticula-
ris prudentia respectu alicuius v̄tutis.
Hoc mõ intelligit̃ qd̃ d̃t ph̃s q̃ malicia
mentiri facit circa principia practica.
¶ Ulterius ꝓbat v̄tutes morales nõ eẽ
sine prudẽtia. Circa quod p̃mittit q̃ v̄-
tus moralis ĩ appetitu simplr̃ se hz ad a-
liquã naturalẽ potẽtiã sicut prudẽtia ĩ in
tellectu se hz ad demoticã q̃ habz q̃ndaz
sil̃itudinẽ adinuicẽ lz nõ sint idem vt pa
tet ex p̃cedeñ. Q̃ aũt sit tal̃ natural̃ po-
tentia in appetitu ꝓbat qꝛ videt̃ in om̃i-
bus hoĩbus inexistere singl̃os mores ali
qualiter ꝑ naturã qꝛ confestim a natiui-
tate videmur eẽ iusti tpati et fortes: ⁊ sic
de alijs virtutibus ꝟm exigentiã natura
lis inclinationis in qualibet ꝑsona. ideo
videt̃ q̃ habemus quãdã potẽtiã ĩ nob̃
ignotam ad ꝑfctões virtutum moraliũ.
¶ Circa quod notãdũ q̃ naturalis incli
natio ad v̄tutes cõis ẽ om̃ibus ĩ appeti-
tu intellectiuo: que quidem est inchoati
ua virtutis. Uirtus aũt est complemẽtũ
illius naturalis inclinatõis qꝛ ꝑ natura-
lem potẽtiã opari possumus sed nõ pos-
sumus opari optime. Per v̄tutem vero
supra additã naturali inclinatõni possu-
mus opari optime: ⁊ hoc mõ virtus ẽ vl
tima dispositio ad bene et optime opar̃
sic̃ potentia est primum de virtute. Item
Notandũ q̃ ista naturalis inclinatio ad
bonũ licet sit cõmunis omnibus non ta-
mẽ equal̃r inest om̃ib⁹ qꝛ q̃dã sũt magis
vel minus ꝓni ad bonũ: ⁊ ꝟm hoc st̃ ma
gis vel minus ꝓni ad malum: ꝓnitas q̃
q̃ ad malum ortum habet ex varia cor-
poris dispositõe ꝟm quã aliq̃ sũt ꝓniores
ad luxuriã alij ad irã: et sic de alijs. De-
inde dicit arist. q̃ vltra has v̄tutes na-
tur ales optet h̃re v̄tutes p̃ncipales scz
morales: tl̃es eĩ v̄tutes nãles insũt nob̃
mõ irrationali in q̃ cõicãt nobiscũ pueri
et bestie ꝟm quandaz sil̃itudinẽ sicut leo
naturaliter fortis est et liberalis. Tales
aũt habitus existẽtes sine ratõe videtur
esse nociui: sicut nanq̃ corpus aliquod
carens visu puta homo cecus si moueat̃
velocius forti⁹ leditur. Sic si aliq̃s h̃ns
fortem inclinatõem ad opus virtutis nõ
adhibeat discretionẽ rõis accidit ei gra-
uis lesio: vt si homo fortis sine ratiõe ex-
pectaret quecũq̃ terribilia de facili mor
talit̃ lederetur. Sũt ḡ necessarij habit⁹
v̄tutum moralium que inclinant volun
tatem ad recte operandum ꝟm conformi
tatem ad rectam rationẽ. Cõcludit ḡ ari
stotiles q̃ sicut in parte intellectiua sunt
due species vna ĩ natura scz demotica ⁊
alia acq̃sita. s. prudẽtia: sic ĩ ꝑte appeti-
tiua ẽ v̄t⁹ nãlis ⁊ moral̃. ¶ His p̃miss
oñdit v̄tutes morales ñ posse eẽ sine pru
dẽtia p̃mo testĩonio soc̃tis diceñ. v̄tutes
eẽ prudẽtias ĩ q̃ vno⁹ dicebãt recte: alio⁹
nõ recte. Peccabat enĩ dd̃⁹ oẽs v̄tntes
eẽ prudẽtias: recte v̄o dicebat asserẽdo
q̃ ñ ꝯtingit ip̃as sine prudeñ eẽ. H⁹ etiã
ꝓbat testi⁹ cõitatꝭ qꝛ oẽs recte diffinien⁹
v̄tutẽ apponũt ꝟm rectã rõez ꝑ q̃d inuit̃
v̄tutes morales ñ eẽ sine prudeñ q̃ ẽ rcã
rõ rez agibiliũ. Et siq̃dẽ v̄t⁹ nõ so^m ꝟm
rectã rõnem alienã sz cũ recta rõne ꝓp̃a.
Agit ꝯñr arꝭ. de cõnexiõe v̄tutũ morali
uz int̃ se q̃ ꝟz sco. nõ st̃ sic cõnexe q̃n vna
possit eẽ ꝑfcã sine alia: q̃d patz qꝛ vn⁹ hõ
pl⁹ nãl̃r inclinat̃ ad vnã v̄tutẽ q̃ ad aliã
⁊ sic potit̃ exercitari circa opa vni⁹ v̄tutꝭ

ꝛ non circa opera alterius: et sic generabitur vna virt⁹ moralis ꝛ nō alia. Et hoc est q̄d ōt aris. q̄ idē nō ē optime nat⁹ ad oēs q̄re hāc q̄dē sciuit id ē acq̄siuit hanc ad quā nō ē optie nat⁹ nequaq̄ assumēs et licet etiā possit esse vna virtus pfecta sine alia nō tñ pfecte ducit ad finē x̄tutū nec pfecte cōseruat sine alia nec homo ē pfecte moralis nec simpliciter bon⁹ nisi habeat oēs: ꝛ hoc ē qđ dicit Aris. ſm q̄s aliqs ōr simpliciter bonus nō contingit separari. simꝫ enī prudētie vni existēti inerūt oēs. Et loquit de prudētia vna nō in specie sed in genere: sicut enī temperantia lz sit vna virtus est tamen gen⁹ inter medium respectu multarum spērū sic etiā prudētia quam q̄dem hīs habet omnes x̄tutes. Unde de hac prudentia dicit aristo. in p̄cedeñ. q̄ impossibile est q̄ hō sit prudēs nisi sit bonus. ¶ Demū remouet Aristo. quoddā dubium ōr operatōne sapiētie et prudentie. Aliqs enī posset dubitare An prudentia esset p̄ncipalior seu dignior sapientia: qr p̄cipit sapientie sicut dicebat de ciuili doctrina ī prohemio huius libri. Dicēdum q̄ prudentia non est principalior seu dignior sapientia qō patet: qr nō est melior⁹ pticule ad̄e ptinet enī prudētia ad intellectū practicū ꝛ sapīa ad speculatīm nec p̄cipit sapie sz hīs ꝓpter ipam p̄cipiēdo scz aliqua facienda ꝓpter sapiam acquirēdaz. Unde nō sequit ex hoc q̄ sit dignior ipa sapīa: nō enī ars medicine q̄ p̄cipit aliq̄ ferē da ꝓpter sanitatē ꝓpter hoc melior est sanitate. nec lex positiua q̄ p̄cipit cultū diuinū in ciuitate ꝓpter hoc p̄ncipa⁹ deo. ¶ Ad euidentiā p̄dictoꝝ notanduꝫ q̄ pars speculatiua anime ponit ab ar⁹. dignior pte practica qr ponit quēdaz habitū speculatīm scz habitū sapientie metaphisicalis circa finē vltimū nō autem practicum: vt dicit Sco. in ꝓlogo primi sen. Non enī ponit aliquā sciam esse cōformē praxi volūtatis circa vltimum finē q̄ ōs ē qr nō ponit volūtatē circa finē habere praxim sed quasi quandam simplicem motionem naturalem. Si tamē posuisset aliquam praxim circa finem non negasset vt videt sciam practicam respectu illius praxis esse nobiliorem speculatiua scientia circa idem cum nobilitatis sit in scientia ordinari, ad actum nobilioris potentie cuiusmodi est actus volūtatis q̄ est regina in regno aīe: nos autez ponimus esse praxim circa finez nobiliorem speculatiua cuiusmōi est theologia dirigens nos in dei dilectionem. ¶ Notandū insup q̄ licet sapientia sit dignior prudentia et virtutibus moralibus ſm Aristo. tum qr est ō dignioꝛi obiecto scz deo: Tum qr ē finis virtutum moraliuꝫ que ordinant in beatitudinem naturalē que cōsistit in actu metaphisicali seu speculatione sbstantiarum separataꝝ vt. s. passionib⁹ per virtutes morales sedatis quietemur in speculatione illarum. Virtutes tamen morales sunt nobis vtiliores sapientia metaphisicali per se sumpta ꝛ includente solam cognitionem quia propinquius nos disponunt ad charitatem per quā habetur beatitudo eterna. Nec est inconueniens aliqua minus nobilioꝛa esse nobis vtilioꝛa. Licet enī sentiētia ō nāa sua sint nobilioꝛa nō sentiētibus quedam tamen non sentientia quibusdam sentientibus p̄referuntur q̄ tum ad vsum pro nostra vtilitate ſm Aug⁹. .11. de ciui. Quis enīz non in domo sua panem habere q̄ pulices mallet? Si vero sapientia iuxta moduꝫ suum includat non tantū cognitionem intellectus sed etiam sapozem et dilectionem affectus ꝛ tunc non solum est nobilioꝛ sed etiaz vtilioꝛ virtutibus moralibus de quo dicet decimo huius.

Explicit liber Sextus.

Sequitur septimus liber ethicorum.

Incipit liber septimus

Ost hoc autem.

¶ Post cōsū mationem moraliū ⁊ intellectualiū virtutū agit cōsequēter aris. de ꝑtibus ꝑtinentibus ad virtutē. Et primo de quodā gradu virtutum que dicit cōtinentia. Ad cui⁹ euidentiā premittit ꝙ fugiendoꝝ circa mores tres sunt species seu modi scz incōtinētia: malicia: ⁊ bestialitas: quib⁹ opponūt ꝯtinētia virtus ⁊ virt⁹ heroyca. ¶ Pro quo notandū ꝙ in omni genere bonitatis ⁊ malicie est triplex gradus scz dispositio: ꝑfectio: ⁊ excessus: qui tres gradus ꝑ ꝑdicta designant. Prim⁹ in vitio dicit icōnētia vt cū quis incipit ꝓgredi in vitia puta cū homo passione dominante incidit fornicationem. Scd̄s gradus dicitur malicia cū scz ex malis operibus est habitus vitij generat⁹ nō tñ exeundo limites cōis malitie hoīm. hui⁹ aūt gradus dicit ꝑfectio bonū ad mala trāsferēdo sicut homo habituat⁹ ad furandū dicit ꝑfectus latro. Tertius gradus dicit bestialitas cū quis ita excedit modū humanū ī vitio ꝙ efficit similis bestijs ita ꝙ iudiciū rōnis quasi in eo videt esse extinctū vt si q̄s ꝯuertat se ad cibū vel luxriā innaturalē. Sic in virtutibus Primus gradus est ꝯtinētia que est dispositio ad virtutē vt cū quis resistendo passionib⁹ recte opat licet cum aliquali tristicia ꝓpter passionē nōdū sedatā. Secūdus gradus est cū quis habet habitū virtuosum ꝑ quē delectabiliter opat nō tñ excedēdo cōem modū bonitatis hūane. Terti⁹ gradus est cū quis in virtute est ita excellens ꝙ excedit modū humanū seu cōem ita ꝙ videt totus angelic⁹ vel diuin⁹: ⁊ talis virtus que sic in summo gradu ꝑfectionis habet dicit heroyca. Heroycus nāq̄ dicit ab heros id est dñs potens vel sapiēs. vnde dñi potentes ⁊ illustres dicunt heroes ꝑ qd̄ designatur gradus in virtute supexcellēs.

Isti aūt tres gradus possunt ad numeꝝ quaternariū applicari diuidendo primū gradū in duos scz in initiuz virtutis qd̄ pōt dici ꝑseuerātia ⁊ in ꝓgressum vel ꝑfectū qui dicit ꝯtinentia. hec nāq̄ in h⁹ septimo lib. cōpant adinuicē sicut resistens ad supans. Ad rōnē em̄ ꝑseuerantie sufficit ꝙ aliquis se teneat contra impellens. Unde ꝑseuerare nihil aliud est ꝙ cōtra īpellens stare: Sed cōtinētia d̄r ab eo qd̄ est supare Istud em̄ ꝓprie ꝯtinem⁹: qd̄ in nostra potestate tenem⁹ vel habem⁹ vnde ille dicit cōtinēs qui supfluas delectationes refrenat ⁊ cohibet puta tēptationes repellēdo lz cū labore ⁊ sic ad ꝯtinentē ꝑtinet vincere. Ad ꝑseuerantē sufficit ꝙ a tristicijs nō vincat. Et hoc modo heinric⁹ ponit quattuor gradus ī omni virtute morali vt recitat sco. 36. dis. tertij sniarū. Quorū prim⁹ vocat ꝑseuerantia scd̄s ꝯtinentia: terti⁹ tꝑantia: quartus virt⁹ heroyca. Et sumit tꝑantia ꝓ omni habitu virtuoso per quē passiones ꝯtēpant sedant ⁊ ad mediū reducūt. Nō pōit aūt aris. in principio hui⁹ septimi nisi tres gradus virtutis vel vitij eo ꝙ nōdū distinxerat inter ꝑseuerantiā ⁊ cōtinētiā q̄ aliquo mō videnť esse idē ⁊ sic ꝓpter eoꝝ cōueniētiā possunt ad eundē gradū reduci: tū etiā qꝛ vtrūq̄ est dispositio ad virtutem.

Deinde dat exēplū de virtute heroyca adducens homerū poetā referentē priamū regem troye dixisse de hectore filio suo ꝙ erat valde bon⁹ vltra cōem hoīm bonitatē sic ꝙ nō videbat fieri moralis filius sed dei vnde bene poterat dici vir heroycus et diuin⁹. Circa qd̄ ꝙ iste hector fuit pater frāconis qui quidē frāco cōgregauit sibi comitiuā magnā militū ⁊ hominū strennuoꝝ qui tandē a francone principe dicti sunt franci Hi autē dimissa troia venerūt in gallicā que nunc dicit francia ex nomine habitatoꝝ suoꝝ ⁊ ipsi a nomine regionis habitate dicūt galilei: vnde cōstat ꝙ reges francie descendunt de stirpe illi⁹ hectoris viri heroyci. ¶ Consequēter ꝓbat aris. virtu-

Heroica virtus vnde dicta.

Effectus virtutis heroycae.

308

tem heroycā esse bestialitati oppositam cuz se habeat sicut superexcellentia virtutis ⁊ vitij ⁊ sic opponunt̄ dū maxime a se distent. Signū aūt hui⁹ ē qz sicut virtus heroyca raro inuenit̄ in hoībus sic nec bestialitas. Ulterius dicit aris. ꝙ d̄ virtute ⁊ malicia satis dictū est in libris p̄cedentib⁹. De bestialitate aūt aliq̄d dicet̄ inferius ⁊ de cōtinētia ⁊ incōtinētia.

Ca. II

Quō incōtinēs facit contra scientiam.

Binum quidem ⁊c.

¶ Hic inquirit aris. an īcōtinēs possit opari ꝯtra sciam. Ad cui⁹ euidentiā sciendū ꝙ incōtinēs dicit̄ ille q̄ ꝓpter ꝑuersitatē appetit⁹ in agendis egredit̄ a iudicio rōnis agendo scz contra illud qd̄ scit esse faciendū. Socrates aūt dicebat hoc eē nō posse cū appetit⁹ sensitiu⁹ qui est inferior rōne non posset impare rōni q̄ est superior ⁊ sic nō videt̄ ꝙ aliq̄s agat ꝯ̄ sciam ⁊ rōnē quare non erit aliquis incōtinēs ꝟm dīonē incōtinentis assignatā sz quilibet male opans opabit̄ ꝑ ignorātiā. Sz in oppositū huius est experientia Manifeste em̄ videmus ꝙ aliqui opant̄ illud qd̄ sciunt esse malū. ¶ Pro cui⁹ declaratione p̄mittit aris. ꝙ dupl'r dicit̄ aliq̄s scire. vno⁰ ꝟm habitū nō vtendo hmōi habitū. Alio⁰ ꝟm actū puta cū sciens vtit̄ sua scientia cōsiderādo ea que sunt illi⁹ scie. Et isti duo modi multū differūt q̄tū ad hoc ꝙ aliquis agat cōtra illud qd̄ speculat̄ videt̄ durū aliquib⁹ nō sic de illo q̄ nō considerat actu lz habeat habitū: verbi gratia si nauta sciens viā tutā ⁊ ꝑiculū: Si dū venit ad passum periculosū nō cōsiderat actu nō est mirū si ꝑiclitet̄. ¶ Consequenter ponit aris. aliā distinctionē dicēs ꝙ duo sunt modi ꝓprij quib⁹ vtitur rō practica scz vl'is ⁊ singularis. nihil āt ꝓhibet q̄n habēs habitū vtriusq̄ ⁊ etiā cōsiderās actu vl'e sz nō ꝑticulare opet̄ ꝯ̄ sciam ⁊ hoc ideo qz opationes sūt circa singularia: verbi gratia si nauta p̄dict⁹ sciat in vl'i fugiendū eē ꝑiculū ⁊ actu cōsideret sciat etiā ī ꝑticulari in tali passu esse periculū ⁊ iter tutū si nō cōsideret actu se esse ī illo passu cū ibi fuerit nihil ꝓhibet q̄n ibi ꝑiclitet̄ ꝓpter inaduertētiā siingularis. ¶ Ad declarationē aūt hui⁹ distinctiōis dicit ꝙ vl'e dupliciter accipit̄: vno⁰ ꝓut in se cōsid erat̄ vt si dicat̄ omni hoī cōferūt sicca. Alio mō ꝓut est in re singulari vt si dicat̄ iste ē homo vel talis cib⁹ ē siccus. vñ pōt cōtingere ꝙ aliq̄s sciat in actu ⁊ in habitu vl'e ꝟm se cōsideratū ⁊ nō cognoscat in actu vel in habitu vl'e cōsideratū in hoc singulari. ¶ Ulteri⁹ ponit aris. aliā distictionē dicens ꝙ habit⁹ in quibusdā hoīb⁹ est solut⁹ vt statim possit exire in actū. In alijs est ligat⁹ vt ptz in dormiēte a mente ⁊ ebrioso in q̄bus corporis dispositio ꝓhibet vsuz rōnis: ⁊ hoc mō sunt dispositi hoīes cū sunt in passionib⁹: videm⁹ em̄ corpus trāsmutari ꝓpter passiones ire ⁊ cōcupiscentie cū ex his calescit et q̄nq̄ in tm̄ crescūt hmōi passiōes ꝙ q̄sdā ī insaniā deducūt. vnde tales habēt habitū in practicis ligatū. Et si tales dicunt ore verū circa singularia nō tm̄ corde: nō em̄ sentiūt q̄ dicūt vt ptz in ebriosis ⁊ furiosis q̄ quādoq̄ ꝓferunt scz demōstratiōes ⁊ verba empedoclis qz scz ꝓferunt q̄ nō intelligūt cuiusmodi erāt verba empedoclis q̄ erāt difficilia ad intelligendū qz metrice ꝑhiam suā dicitur cōposuisse. Ponit etiā exemplū de pueris q̄ multas pulchras oratiōes ꝓferūt sciūt aūt nequaq̄ qz scz nō intelligunt q̄ dicunt. ¶ Inquirit insup cām quare habit⁹ practic⁹ in incōtinēte est ligat⁹ vbi dicit ꝙ si in practicis fiat vna rō ex vl'i ꝓpositiōe ⁊ singulari tūc nō solū seq̄t̄ ꝯclusio sicut in speculatiuis: sz etiam opatio puta omne dulce est gustandū: hoc vinū est dulce: ḡ est gustandū facta aūt hac ratione est necessariū potentē ⁊ nō ꝓhibitū hec operari: qd̄ est verū si talis habeat volitionē efficacē que scz nitat̄ illud exequi: tūc nāq̄ volūtas p̄cipit alijs po

tentijs vt hoc opent. Non aūt si non sit volūtas efficax vt docet experiētia ⁊ tactū fuit in sexto hui⁹. Si aūt sub ꝓpositione vl̄i nō sumat minor singularis nō sequit cōclusio nec opatio sic est in incōtinente: volūtas em̄ in incōtinēte tracta ⁊ electa a cōcupiscentia nō ꝑmittit ītellectū applicare cognitionez quā habet ī vl̄i ad singularia: ⁊ sic incōtinēs habet habitū practicū in singularib⁹ ligatum: verbi gratia: Incōtinēs ſm rectā rōnez format hāc ꝓpositionē: omne delectabile est ꝓsequendū volūtas aūt incōtinentis ꝓpter passionē cōcupiscētie insurgētem auertit intellectū ne sumat sub prima ꝓpositione: puta nūc tp̄us est indebitū: q̄ est tēpus ieiunij: sed cōuertit ipsum ad sumēdū sub alia ꝓpositiōe hāc minorē iste cibus est delectabilis ⁊ sic sequit ꝯclusio ⁊ opatio vitiosa: nō aūt opatio virtutis abstinētie. Ex p̄dictis patet quō incōtinēs egredit a iudicio recte rōnis. ¶ Patet etiā ad argumētū socrat; appetit⁹ em̄ sensitiu⁹ nō impat rōni vt p̄supponebat ei⁹ argumētū sz volūtas mota ⁊ inclinata ab appetitu sensitiuo. Deinde dicit aris. q̄ ignorantia incōtinētis soluit transeunte passione sicut in dormiente vel ebrioso transeunte somno vel ebrietate.

Trum aūt Ca. III

¶ Hic inquirit aris. de materia cōtinētie ⁊ īcōtinētie. Circa qd̄ p̄mittit q̄ delectabiliū quedā sunt ad humanā vitā vt delectabilia gustus ad ꝯseruationē indiuidui. Et alia delectabilia q̄ nō sunt necessaria sz sūt seipo delectabilia vt victoria honor ⁊ diuitie Ubi notādū q̄ lz diuicie sint eligibiles ꝓpter alterū inquātū ordinant ad honorem ⁊ corporis necessitatē vt habet primo hui⁹. Sunt tn̄ etiā eligibiles ꝓpter se inquātū possunt hr̄e rationē ornatus decoris ⁊ pulchritudinis. Delectatōes aūt gustus ⁊ tact⁹ licet a plurib⁹ ꝓpter se eligant eo q̄ in ip̄is quiescit appetit⁹ nō tn̄ sunt ꝓpter se eligibiles sed ꝓpter cōseruationē speciei vel indiuidui. Tū q̄ impediunt vsum rōnis vt dicet infratū q̄ sunt exprobrabiles cū sint nobis ⁊ brutis cōes de quo vide tertio hui⁹ ca. de tēpantia. ¶ His p̄missis dicit aris. q̄ illi qui p̄ter rectā rōnē excedunt in delectationibus necessarijs sunt simpliciter ⁊ ꝓprie incōtinentes. Q̄ aūt excedūt ī delectationibus ſm se eligibilibus non sunt simpliciter incōtinētes sz ſm quid ⁊ similitudinarie. vnde nō dicunt incōtinentes simpliciter sed incōtinentes lucri vel honoris Cui⁹ signū est q̄ incontinentia vituꝑat nō solū vt peccatū sed vt malicia quedā. Incōtinentia aūt ire honoris vel lucri vituperat vt peccatū tm̄. ¶ Circa qd̄ notādū q̄ incōtinentia tact⁹ ē peccatū duplici rōne vno modo ex eo q̄ incōtinēs recedit ab eo qd̄ ē ſm rectā rōnē. Alio mō ex eo q̄ se īmergit quibusdā turpib⁹ delectationib⁹. Et iō dicit aris. q̄ incōtinētia vituperat nō solū vt peccatū sed vt malicia quedam. Incōtinentia vero eoꝝ que ſm se vidētur eligibilia ē pctm̄ tm̄ vna rōne ex eo scz q̄ incōtinēs nō seruat debitū moduz rōnis in cōcupiscentia rerū ꝑ se appetēdarū. ⁊ iō dicit aris. q̄ talis incōtinētia vituperat vt peccatū tantū. Est igit incōtinentia simpliciter ⁊ proprie circa delectationes gustus ⁊ tact⁹ ſm quid circa alias. ¶ Cōsequenter cōpat incōtinētiā ad bestialitatē dicēs q̄ licet bestialitates similitudīarie vel large possint dici incōtinentes nō tn̄ simplicit seu ꝓp̄e q̄ bestialitas ē oīs suꝑhabūdās malicia ⁊ insipiētia ⁊ timiditas ⁊ intꝑantia ⁊ crudelitas. Ubi notandum q̄ incontinentia ⁊ bestialitas nō sunt ꝓprie idē ⁊ simpliciter q̄ incōtinētia dicit p̄mum gradū malicie vt dictū fuit ī p̄ncipio h⁹ libri ⁊ iō bestialitas ibi sumpta dicit eē oīs suꝑhabundans malicia in quolibet genere vitij. Unde hic exēplificat in vitijs oppositis q̄ttuor vtrtutib⁹ cardinalibus vt insipientia opponit prudentie timiditas fortitudini intēperātia tēperantie et crudelitas pietati seu iusticie

309

¶In hꝰ nono monet aristotiles alias difficultates circa amicitiã occurrẽtes. et ꝓmo ꝑmittit qꝫ sicut in amicitia ℞tuosoꝝ q̃ ꝓpter seipsos se diligũt faciẽda ẽ retributo respiciendo ad effectũ: cũ enĩ ꝓncipale ℞tuꝫ sit in electõe et affectu: in retributõe hmõi magis attẽdẽdus ẽ dãtis vel retribuentis affectus ꝙ cẽsus. Sic etiã ĩ coĩcatõe pbie q̃ est inẽ mgr̃m et discipl̃z qꝫ dignitas pbie nõ ꝑt mẽsurari pecunia: nec ꝑt discipulus eq̃alẽs ꝑciũ mgr̃o reddere sicut deo et pentibus nõ ꝑt ꝓdignũ reddi: vt ptz ꝫ. Retribuẽdũ ẽ igit illõ qõ ẽ volũtati mgr̃oꝝ sufficiens ꝛ facultati discipuloꝝ possibile. Deinde inq̃rit an magis sit benefactori retribuẽdũ vel amico dãdũ? Ad q̃d rñdet qꝫ vt in plũꝰ magis dz hõ retribuere grãm bñfactori ꝙ dare amico: si vtrunqꝫ fieri nõ ꝑt. Sic etiam magis dz reddi mutuũ ꝙ aliq̃d gratꝫ dãdũ amico. Habet aũt hec regula instãtiã si datio excedat in bonitate vel necessitate retributoz. exẽplũ aliqs q̃ aliq̃n me liberauit a vinculis nũc a latronibꝰ captꝰ est. Siꝝ pater meus ab alijs vinctus teneẽ in carcere: si tantũ vnũ illoꝝ liberare possim magis necessariũ ẽ ꝛ melꝰ ẽ subuenire ꝑri ꝙ alteri: Sic etiã melꝰ ẽ dare studioso ꝙ illi retribuere q̃ ex retributione malꝰ efficiẽ: vt si ioculatoz exhibuit alicui delectatõem nõ est ei retribuendũ si ꝓ hoc ĩ malicia foueret. ¶Cõsequẽnt inq̃rit vtꝝ oĩa sint patri attribuẽda si sibi obediẽdo vel opteat laborãtẽ in infirmitate magis obedire medico vel bellicoso duci. ¶Ad q̃d rñdet qꝫ non omnia sũt oĩbus attribuenda nec ꝓ ꝓñs patri quãdmodũ ioui fm ritũ paganicũ sacrificatur oĩa sed dijs diuerꝫ sũt diuersa sacrificia: Sic varijs homĩbus sũt attribuenda sibi cõgruentia fm varietatẽ cõditionũ et statuũ. Sic enĩ cognati ad perlamẽta ꝛ actiones nuptiarũ conuocãtur ꝓpter generis cõitatẽ ad q̃d saluandum nuptie ordinãtur: Sic videbit cõgruum filijs magis ꝓuidere parentibus de nutrimẽto ꝙ sibijpis eo qꝫ fuerunt ipsis cã eẽndi ꝓ generatõem. vñ dz eis honorez sicut dijs nõ tñ oẽm hõrem. Vbi notandũ qꝫ dei et pentũ ẽ aliq̃ silitudo in ordie ad filios qꝫ ab vtriscꝫ sũt ꝓncipati. Differũt tñ qꝫ a ꝺo vt cã ꝓma: a pentibꝰ vero vt a cã sc̃da: vñ ñ debeẽ eis cultꝰ latrie q̃ est hõr soli ꝺo debit ꝰ in ꝓtestatõnem sũmi dominij. nec etiã honor q̃ interest sapiẽtis vel ducis exercitus vel senis. Alĩ quẽ enĩ honorare ipm exaltãdo ꝛ nos ergã ipm pulificãdo ꝓtingit multipl̃r. vno mõ ꝓpter magnitudinẽ etatis: ꝛ sic senes hõrant ꝰ ꝑ assurrectõz ꝛ inclinatiõem. Alio mõ ꝓpter magnitudinez ptãtis ꝛ sic honorẽ impẽdim ꝰ duci vel ꝓncipi. Cui est obediẽdũ in his q̃ ad opꝰ ciuile ꝛ ad bonũ cõe spectãt. Alio mõ ꝓpter virtutis magnitudinẽ: ꝛ sic honor impẽditur sapienti. Alio mõ ꝓpt esse et educatõez ꝛ sic parẽtes honorare debemus ꝛ ipsis obedire in his que ad disciplinã ꝛ vitaz domesticam spectãt. ¶Deinde dicit aristotiles qꝫ temptandũ ẽ attribuere illud q̃d est ꝓpriũ vnicuiqꝫ q̃d in q̃busdã facile est iudicare ꝛ ĩ q̃busdã difficile. est enĩ facile iudicare ꝺ rẽ ĩ his q̃ sit vnꝰ gñis puta qꝫ magꝫ subuenẽdũ ẽ magꝫ ꝓ ãgui neo inẽ duos cõsanguineo s: magis sapienti inter duos sapientes. Sz difficile ẽ iudicare de drñtibus sicut inter sapientẽ ꝛ consanguineũ tñ ꝓpter difficultatẽ nõ optet recedere ab hmõi ꝓsideratõe ꝫ determiare fm qꝫ est possibile. ¶Circa q̃d notandũ qꝫ licet melior sit magis diligẽdus minus bono et magis ꝓiunct ꝰ minꝰ ꝓiũcto tã affectu ꝙ effectu ceteris paribꝰ Parẽtes tñ minꝰ bonos plus debemus diligere ꝙ extraneos meliores ꝛ magis salutẽ ipoꝝ ꝓcurare: cũ enĩ hõ habeat esse a pentibus nõ dz magis aliquẽ diligere ꝙ patrẽ suũ q̃ntũcũqꝫ excedat eũ ĩ bonitate. Richardus excipit bonitatẽ puilegiatã christi ꝛ beate marie q̃ magꝫ dñe diligi ꝙ pater vel mater quia per eorum

bonitatē ꝓuenit nobis magis bonū ꝙ ꝓ parētes. Si etiā pater meꝰ sit malus licet facta eius ꝙdiu ē in peccato nō debeam approbare debeo tñ magis diligere ⁊ ꝓcurare eius salutē ꝙ extranei melioris. Pro statu vero in quo sūt debeo velle maius bonum extraneo meliori quia hoc requirit iusticia dei. Qr tamen duz sumus in via pōt bōitas augeri debemꝰ optare ꝙ nobis cōiuncti ꝓuenīāt ad maius meritū: ⁊ ꝓ cōsequēs ad maiꝰ ꝑmiū. ¶ Notādū insup ꝙ vnus hō pōt alium in tñ excedere in bonitate ⁊ ita paꝝ excedi ab eo in ꝓpinquitate ad diligentez ꝙ magis deberet diligere extraneū meliorem ꝙ minus bonum ꝓpinquiorem: puta si tñ sibi attineat in quarto vel ān° gradu. Similiter vnus ita parum excedere posset alīū in bonitate ⁊ ita excedi ī ꝓqinquitate vt magis deberet diligeꝝ minus bonū. ¶ Si cōtra ꝑdicta argnāt ꝙ se hō in diligendo conformare debet volūtati diuīe: sed deus semp diligit meliorem: ergo hō magꝫ debet diligere meliorem ꝙ sibi ꝓūctōrez. Respōdetur ꝙ hō debet se cōformare volūtati diuine ñ semp volendo quod ipe vult sed ꝙ vult hominē velle: ⁊ ideo ꝙis ꝺs magis diligat maius bonum qr nulla ē ꝓpinq̄tas ad deum nisi ꝓ bonitatē: non tñ vult me ex maiori affectu diligere extraneum meliorem ꝙ meum patrē. Añ ꝑmo ad cozi. 5. Si qs suoꝝ ⁊ maxime domesticorum curā nō habet fidē negauit ⁊ est infideli deteriōr. ¶ Consequēter querit aristo. si quis acceptet ad amicitiā virtuosā vt bonus et postea fiat malus an amplius sit amandus? Ad ꝙd respōdet ꝙ non ē hoc mō possibile amicitiam remanere qz amicitia honesti nō est amabꝫ offte obiectū sed tātūmodo bonum sed in eo ꝙ ē factꝰ malus non est bonū virtutis quare non est amabilis hac amicitia. Itez cū amicꝰ sit similis amico similitudo enī est causa amicitie si inter bonū et malum diu conseruaretur amicitia bonus homo assimularetur homini prauo. Si tamē hō malꝰ sit de facili sanabilis non est amicitia diſ soluenda ſz est adiuuandus ad recupandū bonū mozē magis ꝙ ad recupanduz ſubiam tpalē cū sit melioz. ¶ Inqrit insup si vnus ꝑmanet in statu cōtracte amicitie et alius fiat epikes seu magꝫ virtuoſꝰ vtꝝ vtatur alio tāꝙ amico? Ad ꝙd respōdetur ꝙ si fiat magna distantia virtutis non remanebit amicitia: puta in amicitijs que ꝓtrahunt a puericia si vnꝰ maneret puer ſm mozes: alter vero fiat vir optimus qz tales nō complacebunt nec cōtristabūtur in elſdē: et sic non erit mutuus illoꝝ conuictus qui maxime requiritur ad amicitiam: vt dcm̄ ē in ꝓcedentibus. Indissoluta tamē amicitia nō optet ꝙ homo taliter se habeat cum eo ꝙ fuit sicut cū alio ꝙ nunꝙ fuit. sicut enīz hō se debet magis exhibere amicis ꝙ extraneis sic et his ꝙ alꝫ fuerūt amici de ꝑterita amicitia recedēdo nisi ꝓpter superabundantiam malicie facta fuit dissolutio amicitie tūc in talibus nulla ē familiaritas ostendenda.

Amicabilia autē, Ca. 11

¶ Hic inquirit aristo. de effectibus amicitie ꝓ respectū ad virtuosū et vitiosū. Vbi ꝑmittit ꝙ amicabilia id ē effectus seu opa ꝙbus aliꝙs vtīt ad amicos et quibꝰ determinātur et distinguunt amicitie videnī ꝓcessisse ex his que opatur hō ad seipm̄. Tūc enī videt homo vnus amicus alteri si eadem agit ad amicum que ageret ad se. Huius aūt amicitie sunt tria opera scz beneficentia beniuolentia et concordia. De benificētia patet qz ille dicitur amicus qui vult et operatur bonū ſm virtutē exīntia ſ. saltem bona sibi apparētia alicui ꝓpter gram ipius ꝓximi. Hoc aūt ad benificentiam ꝓtinet. Est enī beneficētia appetitus boni ꝓ ad ꝓximū efficax et liberal. Qr etiam beniuolentia sit opus amicitie ostendit qz ille dicit amicꝰ ꝙ vult amicū esse ⁊ viuere illius gratia sicut matres volunt ꝙ sui filij sint et viuant hoc aūt ad beniuolentiam ꝓtinet. De concordia ꝛo ꝓbatur qz ille dicitur amicus alicui ꝙ eidē

316

conuiuit eadē eligendo et de eodē cō dolendo et gaudendo q̄d ad concordiā ꝑtinet. ¶ Deinde declarat hos tres effect⁹ amicitie in esse homī virtuoso respectu suijꝑsius. Et primo de benificētia qꝛ ipe maxime sibi vult bona virtutis que sunt vera homīs bona et laborat ad ipsa obtinenda: et hoc facit gratia suijꝑius: quia gratia intellectiue ꝑtis q̄ est principalis pars in homīe et virtutib⁹ moralibus et intellectualibus ꝑfici. Hec aūt ꝑs intellectiua videtur esse homo non ꝙ anima intellectiua vere vel proprie sit homo sꝫ quia principalis pars homīs. Q̄ etiam beniuolentia insit homī virtuoso in ordine ad ip̄m patet quia ipse vult viuere et cōseruari in esse maxime quantum ad illam ꝑtem cui inest sapīa scilꝫ ꝟm ꝑtem intellectiuam per quā deo assimulamur qui est incōmutabilis. Q̄ etiā sibi insit concordia patet qꝛ maxime vult conuiuere sibijp̄i ad coꝛ reuertendo delectabiliter ad memoriam reducēdo bona que opatus est ⁊ bene opandi in futuro spez habendo. Idem ē etiam omni parti ei⁹ triste et delectabile quia ꝑs sensitiua ī eo est adeo rationi subiecta ꝙ eius mot⁹ sequitur aut saltem non vehemēter renititur: et qꝛ semꝑ ꝟm rōem agit ideo est inpenitibilis qꝛ scꝫ non agit aliq̄d de quo penitere debeat. Sic itaqꝫ virtuoso inest ꝯcordia ad seip̄m aliaqꝫ amicitie opa. Cū ergo hec amicabilia insint v̄tuoso in ordīe ad seip̄m sequit̄ ꝙ ei inessent ī habitudine ad amicum qꝛ amic⁹ ē alius in quātū scꝫ afficit̄ ad amicum sicut ad seipsum. ¶ Deinde dicit ꝙ vtrum hominis ad seip̄m sit amicitia nō est ad p̄ns determinandum. Ubi notanduꝫ ꝙ sicut iusticia ꝓp̄e non ē ad seip̄m sed ad alterum: vt dictū est in quinto huius sic nec amicitia. Sunt nanqꝫ circa eadem vt dictuꝫ est prius: qꝛ vtrunqꝫ proprie est ad alterū: Large tamen sumendo amicitiā hominis ad seipsum est amicitia cum amicabilia que sunt ad alterum veniant ex his que sunt ad seipsum. Unde ꝟm legē precipitur homini diligere proximum sicut seip̄m. ¶ Consequēter ostendit aris. ꝙ effectus amicitie nō conueniunt vitioso. Mali enī non habent beneficentiam ad seip̄os cū operent̄ sibi nociua ac propter timiditatem laboris ⁊ accidiā p̄mittant operari ea que sunt sibi vtilia. Non etiam habet beniuolentiam quibus enī eorum est sua vita tediosa: nolūtqꝫ se esse ⁊ viuere ꝓpter scelera sua cognoscentes se alijs esse exosos ita ꝙ aliquādo se ip̄os interemunt tristiciam quā patiunt̄ ꝑ hoc euadere cupientes. Non habent etiam concordiam ad seipsos cū delectabiliter sibijp̄is nō ꝯuiuāt ꝓpter recordationem maloꝝ p̄cedentium ꝑ eos cōmissorum et p̄sumptionem seu timorem futurorum. Unde seip̄os fugiūt queruntqꝫ cū q̄bus cōmorent̄ vt sic maloꝝ suoꝝ obliuiscātur. Eorum etiā amicitia cōtra seipsam in quadam ꝯtentione consistit dū pars sensitiua rationi repugnat: ⁊ sic ꝟm diuersas ꝑtes ad diuersa trahitur: ⁊ q̄d vni ē delectabile alteri est tristabile. Et licet non simul perfecte tristentur ⁊ delectentur tamen parum post delectationē tristatur de hoc ipso quod delectatus ē. Praui enī penitudīe replent̄ qꝛ passiōe aut impetu malo cessante ꝯgnosceñ. ꝟm rationem se male egisse dolent: ⁊ sic praui non se habent amicabiliter ad seipsos propter hoc ꝙ non habent in se aliquod amabile. ¶ Ad cui⁹ euidentiā notandū ꝙ licet prauus ex habitu malo peccans gaudeat de hoc ꝙ ex habitu operatur q̄ diu habitu vtitur: Quia tamē pōt habitu non vti et per rationem que non totaliter corrupta est aliquid aliud meditari potest cōtingere ꝙ nō vtēs habitu doleat de hoc q̄d ꝑ habitū cōmisit. Plerūqꝫ tñ tales penitēt de peccato nō qꝛ eis pctm̄ ꝟm se displiceat sꝫ ꝓpter aliquod aliud incōmoduꝫ quod ex pctō incurrūt qꝛ etiā ꝟm Boe. Penitentia est ordinatiua culpe omnem culpā cōcomitat̄ aliq̄ pena. Unde Aug⁹. Jussisti dñe ⁊ ita est ꝙ pena sit sibi oīs pctōr. Nō enī ē dedecus culpe sine decore iusticie: nō solū aūt om̄e pctm̄ ꝯseq̄t̄ aliq̄ pena īmo etiā ip̄m

peccatū ē maxīe pena volūtati rōnali cū sit ꝺ ei⁹ icliationē nālē qō facit de⁹ pec catū nō valēs sufferre: vt dicit fco. i scō sniarū. hinc ē q ⁊ dāpnati ꝓpetuo erūt in pena qz ꝓpetuo erūt i culpa: vt dicit idē 46. diſ. quarti sniarū. Ex ꝑdictis infert aris. cū sic se hr̄e sit valde miserū. Uehementer studere debem⁹ ad fugā malitie ⁊ ꝓsecutionē ⁊utis qz hō ꝑ ⁊utē amicabilē se hēbit ad seip̄m ⁊ deinde alteri amic⁹ fiet. ¶ Quia ⁊o in p̄cedētib⁹ fuit facta mētio ꝺ accidia iō ſm damascē. ē q̄dā tristicia agbrauās q̄ scz ita deprimit aīm homīs: vt nihil ei agere libeat. Uñ accidia ip̄tat qōdā tediū opandi. ¶ Est aūt accidia mala ſm se qz ē tristicia de bono spūali ⁊ ſm effectū dū sic hominē aggrauat vt eū totaliter a bono retrahat que q̄dē est pctm̄ ventale dū ē inchoatio pcti i sensualitate nō ptingēs vsq; ad cōsensum rōnis. Si vero ꝓtingit vsq; ad cōsensum rōnis cōsentientis i fugā boꝛozē ⁊ detestationē boni ꝺini erit peccatū mortale in his scz q̄ iminēt ex necessitate ꝓpter deū facīēda nō aūt i opibus virtutū q̄ homo facere nō tenet Ponit ār accidia vitiū capitale a greg. xxxj. moraliū vbi sex eius filie assignant scz malicia: rācoꝛ: pusillanimitas: desperatio: toꝛpoꝛ circa p̄cepta. Euagatio mentis circa illicita. ℞. Desperatio. pusillanimitas. toꝛpoꝛ mal. rancoꝛ. mēte vagāsq;. Est aūt malicia machinatio mali ꝺ hoīes ad spūalia inducē⁹ ⁊ hoc in aīo. Rancoꝛ aūt in signo. Pusillanimitas est fuga cōsiliozū. et toꝛpoꝛ est fuga p̄ceptoꝛuꝫ ad quā ptinet otiū vigilando somnolētia dormiendo vel pusillanimitas. timoꝛ aggressus opis laboꝛiosi: toꝛpoꝛ aūt ꝓgressoꝛ. Ad vagationē aūt mentis ptinet verbositas: q̄tū ad locutionē inq̄etudo quo ad mot⁹ mēbꝛozū ꝺ ordinationē: ⁊ instabilitas quo ad locoꝝ ⁊ ꝓpositi mutatiōez. Quia ār ꝺesperatio numerat inter peccata q̄ sūt in spm̄ sctm̄. xij. coꝛ. ¶ Ad cui⁹ euidentiā notādū q ⁊ oē peccatū ex malicia vl habitu malo posset dici i spūscm̄ cui appꝛopꝛiat bonitas: ꝓpie tm̄ ē pctm̄ ex

la malicia vel electiōe ꝓcedēs ꝺ aliquē effectū spiritui sancto appꝛopꝛiatū spāliter ⁊ directe retrahētē ab electo amoꝛe peccati cuiuscūq;. Isti aūt effect⁹ sūt sex Prim⁹ ē spes de diuina misericoꝛdia ꝺ quē directe ⁊ ꝑ se est desperatio q̄ q̄dem nō ē diſcredere possibilitatē remissiōis peccatoꝝ. hoc em̄ ad infidelitatē ptinet ſz cū quis estimat suā iniq̄tatē tantā esse q nōsperat se vn̄q illa digne posse penitere q miſcōia bonitatis diuīe illā reniteret iniq̄tatē. Scōs effect⁹ est timoꝛ de diuina iusticia ꝺ quē est directe p̄sūptio nō quidē q̄ q̄s de ꝓpꝛijs meritis p̄sumit qz hᵒ ptinet ad supbiā: ſz cū quis ita p̄sumit de dei miſcōia q ꝓtēpnit ei⁹ iusticiā. Tertij effect⁹ est cognitio veritatis fidei ⁊ mozū ꝺ quē directe est impugnatio veritat⁊ agnite cū scz ipugnat veritas nō ex passione verecūdie: talis em̄ veritatis ipugnatio ꝛz sit pctm̄ nō tm̄ in spm̄ sctm̄. Sz cū veritas fidei ⁊ mozū ex sola malicia ⁊ volūtatis electione ipugnat vt si q̄s odit deū rōne iusticie ⁊ ex hᵒ delectat⁊ i cōtumelijs dei ⁊ veritatis cōfutatione. Quart⁹ effect⁹ est auxiliū diuine gratie ꝺ quā directe, ē iuidētia gr̄e supne q̄ pōt cōtingere dupliciter: vno mō cū q̄s iuidet gr̄e ꝓximi reputās bonū ꝓximi eē diminutionē ꝓpꝛij boni et sic ptinet ad peccatū iuidie nec ē pctm̄ i spm̄ sanctū. Infirmitas em̄ se immiſcet cū tali electiōe. Alio mō ex odio diuini bonoꝛis vel vnioꝛis mēbꝛozū ecclie ⁊ hᵒ est pctm̄ in spm̄ sctm̄. Quint⁹ effect⁹ est doloꝛ pcti cōmiſſi seu detestatio cuiuscū q; rei inq̄tū ē ꝺ reuerentiā deobitā ꝺ q̄ ē directe ꝓpositū nūq̄ penitēdi a peccato ⁊ ꝺ finalis in pnia. Sext⁹ effect⁹ ē ꝓpositū abstinendi a peccato futuro seu resp̄nitio cuiuscūq; trāsitoꝛie delectationis q̄ auferret eternā ꝺ quā directe ē obstinatio q̄ ē ꝓpositū firmū adhērē di trāsitoꝛijs delectationib⁹ pctoꝝ i futuro. ℞. Inuidet: ip̄ug. obsti. p̄. des. finalit ip̄e. Dicit ār hoc pctm̄ irremissibile non q̄n possit remitti si tm̄ pnia agat quia ſm Aug. in lib. retractationū. de quocunq;

317

pessimo in hac vita ꝯstituto nõ est despe
rãdũ sz dr̃ irremissibile qr̃ de difficili põt
remitti eo ꝙ directe ⁊ ꝑ se excludit effe
ct⁹ spũs sancti req̃sitos ad digne penitẽ
dũ. Q̃ aũt dicit xp̃s ĩ euãgelio ꝙ nõ re-
mittet̃ hic nec in futuro: intelligitur s̃m
aug. d̃ illo pctõ ĩ q̃ q̃s finaliter morit̃ si
ne pnĩa: tal' eĩ ĩpnĩa dr̃ spũs blasphemĩe

Eniuolẽtia Ca. III

¶ Hic agit aris. d̃ effectib⁹ ami-
citie s̃m se ⁊ prĩo de beniuolen-
tia dicẽs ꝙ beniuolẽtia ñ ẽ amicitia qr̃
amicitia nõ ẽ ad ignotos beniuolẽtia ãt
põt esse latẽs ⁊ ad illos q̃ nũq̃ se vide-
rũt: vt dictũ ẽ in p̃ncipio octaui. ¶ Pro
bat insup̃ ꝙ beniuolẽtia nõ sit amatio.
Ubi notãdũ ꝙ amatio põt sumi ꝑ pas-
sione amoris vel ꝑ amore q̃ ẽ act⁹ elici-
tus volũtatis. Nõ ẽ aũt beniuolẽtia pas
sio amoris cũ sit act⁹ q̃ volũtas vult bo
nũ ꝓximo nec etiã amor vel amatio sũp
ta ꝑ actu volũtatis qr̃ lz tã beuiuolẽtia
q̃ amatio sint act⁹ q̃ volum⁹ bonũ ꝓxi-
mo amãtio tñ aliq̃d addit vltra beniuo-
lẽtiã: ĩptat em̃ q̃ndã vnionẽ s̃m affectuz
amãtis ad amatũ in q̃tũ scz amans esti-
mat amatũ q̃dãmõ vt vnũ sibi. Includit
etiã intentionẽ ⁊ ꝓpositũ agendi ⁊ ope
rãdi ꝑ bono ⁊ salute amati. Beuiuolẽ
tia aũt dicit tm̃ actũ simplicẽ voluntatis
q̃ volum⁹ sine tali vnione effectus ⁊ in-
tentione amãdi pro amato. verbi gra-
tia hoĩes vidẽtes agonistas .i. pugiles
in agone vel certamĩe pugnãtes sũt ali-
qñ beuiuoli vni ꝑti pl⁹ volẽtes bonũ il-
li⁹ q̃ alteri⁹ pro his tñ pro q̃b⁹ sũt beui
uoli nec cooꝑabunt̃ nec etiã magna tri-
stia turbabunt̃ si aliq̃ miseria affligant̃.
Dicit itaq̃ ari. ꝙ beniuolẽtia ẽ p̃ncipiũ
aĩcitie. i. p̃mũ req̃sitũ ad amicitiã q̃ ꝑ di
uturnitatẽ poterit effici amicitia. Est ḡ
beniuolẽtia p̃ncipiũ amicitie nõ tñ oĩs
qr̃ nec ei⁹ q̃ ẽ propt̃ vtilitatẽ nec ei⁹ q̃ ẽ
propt̃ delectationẽ sz propt̃ virtutẽ. Si
nãq̃ aliq̃s de aliq̃ velit ꝙ bñ se habeat
propt̃ spem quã habet vt ꝑ illuz ĩ bonis
habundet non dr̃ esse beniuolus ad illũ
sz magis ad seip̃m. In amicitia tñ vtili
põt eẽ beniuolẽtia cũ bñficiat⁹ retribuit
bñfactori suo: q̃ quidẽ nõ fert̃ sup̃ expe-
ctationẽ sz sup̃ iustã retributionẽ vtilis
iam accepti. ¶ Cõsequẽter de alio effe-
ctu agit amicitie scz de cõcordia q̃ est cõ-
sensus diuersorũ cordiũ seu voluntatũ in
vnũ Dicit aũt ꝙ cõcordia nõ est vnitas
opiniõis vt q̃dã dixerũt: qr̃ illi q̃ se non
cognoscũt bñ p̃nt eẽ eiusdẽ opiniõis in-
ter quos tñ nõ ẽ ꝯcordia vt pz ĩ sciẽtijs
speculatiuis. Ubi notãdũ ꝙ nullũ ami-
cabile põt eẽ ad alteꝝ totalit̃ ignotũ q̃-
uis possit eẽ ad alterũ ignorãtẽ sicut be-
uolẽtia: nullus em̃ ẽ beniuolus ad alte
rũ nisi eũ nouerit visu vel auditu vel fa-
ma. Cũ aũt cõcordia sit de nũero amica
biliũ nõ põt eẽ ad eos q̃ penit⁹ se igno-
rant lz tales possint esse eiusdẽ opiniõis
Dicit igit̃ ari. ꝙ ꝯcordia nõ est ꝯsensus
opinionis sz volũtatũ: vñ ciues ꝯcorda-
re dicunt̃ q̃ eadẽ eligũt ⁊ oꝑant̃. Nõ est
aũt circa q̃cũq̃ oꝑabilia sz circa ea q̃ ha
bẽt aliquã magnitudinẽ qr̃ nõ tollit̃ cõ-
cordia amicorũ ex h⁹ ꝙ dissensiũt in ali
q̃b⁹ minimis. ¶ Deinde dicit ꝙ concor
dia videt̃ eẽ amicitia pollitica cũ sit cir-
ca ea q̃ veniũt ad cõicationẽ hũane vite
⁊ sunt ad ciuitatẽ cõferẽtia. vñ cĩtates ⁊
ciues cõcordes dicunt̃ adinuicẽ habe-
re amicitiã. ¶ Ubi notandũ ꝙ amicitia
pollitica nõ ẽ simplicit̃ amicitia cuz nõ
ĩcludat oĩa amicabilia cõsequẽtia amici
tiã simplicit̃ ⁊ proprie dictã ẽ: nec ẽ pos
sibile hoĩem hr̃e talẽ aĩcitiã ad oẽs ho-
mines vni⁹ ciuitatis lz posset hr̃e amici
tiã pollitica seu pacẽ ⁊ trãq̃llitatẽ in ne-
gotijs cõib⁹ cũ oĩb⁹ ꝯcordãdo. ¶ Alte-
ri⁹ dicit ꝙ talis aĩcitia maxĩe ĩuenit̃ in
hoĩb⁹ v̄tuosis: quorũ volũtates manent
fixe in eisdẽ delectationib⁹ ⁊ bonis opa
tionib⁹ s̃m qd̃ est hoĩ possibile. Hoĩes
vero praui parũ possunt cum seipsis vel
alijs cõcordare quia plus volunt ha be-
re de bonis ⁊ vtilibus q̃ sibi conue ni-
at et minus de laboribus et tribulationi
bus et grauaminibus se q̃ ex onerando
alijs grauamina imponunt ex quibus

cõtentiones ꝛ discordie oriunt. ¶ Insu ꝙ agit de tertio actu vel effectu amicitie scz de bñficentia que nihil aliud imptat nisi alicui facere bonũ volũtarie. ¶ Circa qđ q̃rit an benefactores plꝰ amẽt bñficiatos q̃ econuerso? ¶ Ad qđ rñdet ꝙ bñfactores videnť magis diligere beneficiatos qđ ꝓbat plurib⁹ rõnib⁹. ¶ Pria ꝙ beneficiat⁹ est quasi qđã opus bñfactoris sicut patiẽs in actu est quodãmõ ipsum op⁹ facientis. Unde cõsueuit dici de aliquo hic est factura talis. Hãle aũt est cuilibet ꝙ diligat op⁹ suũ sicut videm⁹ ꝙ poete diligunt poemata sua sicut parẽtes filios. ꝛ hoc ideo qz vnũqđq; diligit suũ esse: sum⁹ aũt in actu in viuere ꝛ opari. ¶ Ubi notandũ ꝙ viuere põt capi dupliciter: vnoꝰ ꝓ actualitate ꝛ eẽ viuentis: Alioꝰ ꝓ opatione ꝙ quã demõstrať vita Unde ſm opa vite distinguunť gradus viuẽtiũ scõo de aĩa. Itẽ arguit sic difficili⁹ est beneficia ipendere q̃ recipere. Ea vera in q̃bus laboram⁹ magis diligim⁹ q̃ ea que nobis de facili ꝓueniũt. Benefactores igit magis diligũt benefaciatos q̃ econuerso. ¶ Circa ꝑdicta notãdũ ꝙ lz bñfactores videanť plus diligere bñficiatos vt dicit arist. beneficiati tñ plꝰ obliganť ad dilectionẽ suoꝝ benefactoꝝ q̃ beneficiatoꝝ ab ipsis: grauiꝰ em̃ peccat q̃ benefactorem nõ diligit q̃ si illũ diligere desinat cui bacten⁹ benefecit. Licet ꝫ amoꝝ bñfactoꝝ ad beneficiatos sit magis spõtane⁹ et habeat maiorẽ ꝓmptitudinẽ ꝓpter maiorẽ cõiũctionẽ cũ ipo cũ sit aliq̃d ei⁹ Amoꝝ tñ beneficiati ad benefactorem est magis debitus cũ habeat rationẽ amoris boni inquãtũ ẽ principiũ boni in bñficiato.

Ubitať aũt Ca. IIII.

¶ Hic inquirit arist. Utrũ homo debeat maxie seipm amare. Et arguit ꝙ nõ Tũ qz hoies seipos amantes cõiter repḧendunť cui cõsonat quod ait aplus. In nouissimis diebꝰ erũt homines seipos amantes cupidi elati ꝛc. Tũ qz hoies maxie se amãtes oĩa faciunt ꝓpter vtilitatẽ ꝓpriam qđ ad pranũ ptinere videť. In oppositũ arguit qz cõiter dicit ꝙ amicoꝝ est vna aĩa et ꝙ eoꝝ sunt oĩa cõia ꝛ ꝙ amicꝰ se habet ad amicũ sicut genu ad rubiã que habẽt maximã ꝓpinquitatẽ ex quo dať intelligi ꝙ amicitia in quadã vnitate ꝓsistit: vnitas aũt est maxime ad seipm: ꝛ sic videť ꝙ homo debeat seipm maxime diligere ¶ Pro responsione dicit arist. ꝙ amare seipm cõtingit dupliciter. Uno mõ quã tũ ad bona corpalia cuiusmodi sunt honores diuitie ꝛ delitie his adherẽ do tã q̃ optimis bonis ac ꝓpter hoc spiritualia cõtẽpnendo: ꝛ talis amoꝝ est obprobrios⁹ cuꝫ hoc mõ ꝑferať ps irrõnalis pti rõnali. Et de hoc amore ꝓcedũt rõnes ad primã ptẽ. Alio modo cõtingit amare seipm quo ad bona spũalia studẽ do se exercere in opibus virtutũ q̃ sunt maxima bona. Et talis amoꝝ est laudabilis. Et hõ sic se amans põt cõgrue dici maxie amare seipꝫ qz amat id qđ ẽ in eo ꝓncipale scz ptẽ rõnalẽ. Sic ei ỏr ciuitas esse id qđ ẽ ꝓncipalissimũ i ea: vñ id qđ faciũt rectores ciuitatis ỏr tota ciuitas facere. Et de hoc amore ꝓcedunt rõnes i oppositũ Ad illud aũt qđ adducebať ꝙ ꝑte alia ꝙ hoies maxime se amãtes oĩa faciũt ꝓpẽ vtilitatẽ ꝓpriã Dicit ꝙ bꝰ nõ habet veritatẽ in hoibus se spũaliter amãtib⁹. virtuosus nãq; multa facit gratia amicoꝝ q̃ etiã si opteat eũ mori nõ deseret amicũ. Pecunias ỻo ꝛ honores ac oĩa exteriora bona ꝓpter q̃ hoies pugnãt cõtẽnet ꝓpter amicum. Per hec aũt oĩa ꝓcurat sibi bonũ bone stũ magis eligẽs ꝑ paucũ tps multũ delectari in magno ope virtutis q̃ ꝑ magnũ tps mediocriter delectari in mediocrib⁹ opib⁹ virtutis ac excellenter bene viuere ꝙ vnuꝫ annũ q̃ ꝙ multos annos mediocriter plus diligens vnã magnaꝫ actionẽ ꝛ bonã q̃ multas bonas ꝛ paruas. Exemplũ huius habemus in beatis martiribus penas acerbissimas vsq; ad mortẽ alacriter ꝓ xpo amico dulcissimo

318

sustinētib⁹ q̄ ī modico tp̄is spacio tātaz gl̄am meruerūt q̄ntā alij multi in q̄ngē-tis annis: vñ dicit sco. in scdo sn̄iarū q̄ pl⁹ valet vnū intēsuz meritū q̄ cētū mi-lia remissa. Sic btī angeli ī modica mo-rula maximā gl̄iam acquisierūt. ¶ Inq̄-rit ꝯñr. vtrū felix indigeat amicis ⁊ loq̄t de felicitate q̄ pōt nālit̄ hr̄i ī hac vita.

¶ Circa qd̄ dicit q̄ felix nō īdiget amicꝭ ꝓpt̄ vtile vt scz ꝯferāt sibi bona ext̄iora qz talia bona īexistūt felici sufficient̄ Itē nō īdiget amicꝭ ꝓpt̄ delectabile nisi paꝝ īquātū scz ī cōuersatiōe hūana nccē est vti qñq̄ ludicris ad q̄etē. Q̄ aūt parū ī-digent talib⁹ amicꝭ ꝓbat qz vita felicis s̄m se ē delectabil'iō nō īdiget sup̄ īdu-cta delectatiōe. Deīde ꝓbat q̄ felix īdi get amicꝭ ꝓpt̄ v̄tutē qz felicitas ꝯsistit ī opatiōe v̄tutꝭ. Opatio v̄o hz eē in fieri ⁊ nō ī facto eē sicut dom⁹. Nō ē aūt faci le q̄ hō solitari⁹ ꝯtinue opet̄. Solitaria eī vita ē difficilis sz hoc erit facile ⁊ dele ctabile cū amicis v̄tuosis ꝯmorādo ip̄is q̄ cōuiuēdo s̄m cōicationē sermonum et mētis cōfederationē v̄tuosāq̄ opationē hoc eī mō hoīes sibi debēt ꝓprie ꝯuiue re s̄m vitā q̄ ē hoī ꝓpria nō aūt s̄m hoc q̄ simul pascāt̄ sicut ꝯuiuūt pecora.

Trum aūt. Ca. V

v ¶ Hic ꝯñr q̄rit vtꝝ hō debeat si bi facere mltitudinē aīcoꝝ. Cir-ca qd̄ dicit q̄ nō expedit ī aīcitia vtili qz si hō habeat multos aīcos a q̄b⁹ recipi-at obseq̄a optet ēt q̄ multꝭ obseq̄t̄ qd̄ est valde laboriosū ⁊ īpeditm̄ bñ viuēdi q̄ em̄ sup̄flue negotijs alioꝝ ītēdit a debi ta cā suijp̄i⁹ elōgat. Silr̄ ēt ī aīcitia de-lectabili sufficiūt pauci amici sicut suffi-cit modicū salis ad delectam̄tū cibi. In aīcitia ēt v̄tuosa nō optet q̄ sit immensa multitudo aīcoꝝ sz dz esse q̄dā multitu-do det̄mīata qd̄ ptz qz nō ē possibile q̄ hō ꝯiuuat moderate multitudini aīcoꝝ seip̄z ill' distribuēdo difficile ēt ē ꝯgau-dere ⁊ ꝯdolere familiarit̄ multꝭ q̄ꝝ aliq̄ gaudēt ⁊ alij tristāt̄ hec tñ req̄rūt̄ ad p̄-fectā aīcitiā. Nō ē ḡ ꝯgruū q̄rere eē aīcis simū multꝭ sz tot q̄t p̄nt sufficere ad cōui ctū qz p̄fecta aīcitia ī q̄dā sup̄habūdan-tia amoris ꝯsistit q̄ nō pōt ꝯseruari nisi ad vnū vel ad valde paucos. Amicitia tñ pollitica q̄ videt̄ eē idē q̄ ꝯcordia vir tuosus p̄t eē aīc⁹ multꝭ ip̄is ꝯcordādo ī his q̄ ad vitā polliticā spectāt eis q̄ ī li citꝭ ꝯplacēdo. Amicitia āt ꝓpt̄ v̄tutē ⁊ ꝓpt̄ ip̄os amatos nō ē ad multos vt vi sum ē sz inuenire aliq̄s paucos tales aī-cos v̄tuosos ē valde amabile qz .s. val-de raro īueniri p̄nt. ¶ ¶ Deinde inq̄rit Utꝝ hō magꝭ īdigeat aīcis ī bonis for-tunijs vel infortunijs seu mal' fortunijs vbi dicit q̄ ī ambob⁹ req̄rūt̄ aīci. Est tñ magis nccm̄ hr̄e aīcos in īfortunijs ꝓ vita sustētāda q̄ ī bonis fortunis ꝓpter qd̄ tūc ē op⁹ aīcis vtilib⁹. Sz in bonis fortunijs meli⁹ ē ꝓ vita felicitāda qz ꝓ pter h⁹ hoīes bñ fortunati q̄runt viros epikes ⁊ bonos eo q̄ eligibili⁹ ē cū eis ꝯuersari q̄ cū alijs. Est aūt p̄ntia aīcoꝝ delectabil' ⁊ ī bonis fortunijs ⁊ infortu-nijs. De īfortunijs ptz qz hoīes ī tristi-cia exñtes alleuiationē q̄ndā sentiūt ex p̄ntia aīcoꝝ eis ꝯdolētiū. tū qz p̄ntia aī-coꝝ ē delectabil' ⁊ maxīe hoī īfortunato qz ex visiōe ⁊ sermōe aīci ꝯsolat̄. Tū ēt qz dū videt eū sibi ꝯdolere in ei⁹ aīcitia quā experit̄ delectat̄ ⁊ q̄ ad hoc ei⁹ tristi cia mīorat̄. Sustinēt eī aīci q̄ ꝑ modicā aīcoꝝ tristiciā sua tristicia subleuet̄ non tñ de ip̄a tristicia delectāt̄: sz ē ip̄is ma-teria meroris. Uñ hoīes vtiles nullo⁹ sustinēt q̄ aīci eoꝝ ꝓpter ip̄os ꝯtristēt̄ nisi auxiliū qd̄ ab ip̄is sibi p̄bet̄ sup̄ exce dat tristiciā. Est ēt p̄ntia aīcoꝝ delecta-bilis ī bonis fortunijs qz delectabile est aīco videre aīcū suū in ꝓprijs bonis de lectari ⁊ cum eo cōuersari. ¶ Ex p̄missis ostēdit aris. q̄ homo ꝓmpte debet vo-care amicos ad suas bonas fortunas vt eas amico cōicet. Et ꝑ cōtrariū quasi cū q̄dā pigricia debet ip̄os vocare ad sua infortunia. Debet em̄ eis de suis malis min⁹ q̄ potest tradere. Sūt tñ tūc vocā di qñ cū pauca turbatione possūt magnū auxiliū p̄bere. ¶ Dat insup̄ aliud docu-

mētū ꝙ scz amic⁹ ad amicū ī infortunijs existentē etiā non vocat⁹ ꝓmpte debet accedere qꝛ ad amicū ꝑtinet benefacere amico maxime in necessitate posito In bonis etiā fortunijs accedere debz ꝓmpte ad ei cooꝑandū qđ necesse fuit. Sz tarde debet venire ad recipiēdū bñficia ne se reddat ei onerosum ꝛc̄. ¶ Deinde dicit aris. ꝙ eligibilissimū est amicū ꝯuiuere qđ ꝓbat triplr̄. Primo qꝛ amicitia ꝯsistit in cōicatiōe sz amici maxīe cōicāt in cōuictu. Scđo qꝛ homo se habet ad amicū sicut ad seip̄m: ꝗ cū sit hoī delectabile sētire seip̄m eē erit etiā hoc delectabile aīco qđ q̄dē fit ī mutuo ꝯuictu Tertio qꝛ exp̄imēto videmus ꝙ hoīes volūt cū suis amicis ꝯuersari ꝟm actionē ī q̄ ꝑncipaliter delectāt quā reputāt suā eē ꝛ cui⁹ grati a eligūt viuere q̄si ad hoc totā vitā suā ordināntes: puta ꝙ simul ludēdo alij ꝟo venando alij aūt sil̄ ꝓhando ꝛ sic cōuiuere est eligibilissimū amicis. ex hoc infert ꝙ amicitia prauoꝝ ē mala qꝛ ip̄is cōicātes efficiūt eis similes de malo in pei⁹ ꝓcedēdo. ecōtra vero amicitia virtuosoꝝ est bona qꝛ ipsis cōuiuētes accipiūt exēplū ꝟtuosi opis ꝛ eoꝝ colloq̄js efficiunt meliores. ¶ Juxta p̄dicta notādū ꝙ duplex ē hoīs vita quedā exterior ꝟm naturā sensibilem ꝛ corpalē ꝛ ꝟm hāc nō est nobis cōicatio cū deo ꝛ angel̄. Alia est vita spūalis ꝟm mentē que cōsistit in cōsideratiōe ꝛ degustatione spūaliū q̄ tāto magis reddūt nobis placentia q̄to magis ea cogitam⁹ ꝛ ꝟm hāc nobis cōuict⁹ ꝛ ꝯuersatio nē cū deo ꝛ angel̄. Juxta illud apl̄i: nostra cōuersatio ē in celis ꝛ hoc mediāte habitu caritatis infuse que est quedam amicitia: iuxta illud qđ dicit dñs iā non dicā vos seruos sed amicos. est eñ quedā amicitia honesti q̄ diligim⁹ deū sup oīa cū sit sūmū bonū: lz aūt amicitia non sit nisi ad ꝟtuosū sic ad ꝑncipalē ꝑsonā vbi ēt ē readamatio ītuitu tñ ei⁹ sepe diligūt ad eū attinētes ēt si ñ sint ꝟtuosi. et tāta pōt eē dilectio aīci ꝙ ꝓpter ip̄m amāt ad ip̄m ꝑtinētes ēt si nos offēdāt ꝛ sic ex caritate diligim⁹ ꝑctōres ꝛ īimicos nr̄os ꝓpt̄ deū ad quē ꝑncipalit̄ habet aīcitia caritatꝫ q̄s diligim⁹ nō īquātū mali: sz inquātū sūt ab ip̄o ad ymaginē ei⁹ cōditi: neq; eī deū sup oīa diligit q̄ nō vult eū ab alijs cōdiligi si sibi placeat eorū dilectio.

Incipit liber decimus

Ost hoc autem.

¶ In hoc decio ꝯplet arꝫ. tractatū de fine ꝟtutis in p̄mo lib. inchoatum: agēdo scz đ felicitate ī spāli. ꝛ qꝛ delectatio ē annexa ip̄i felicitati q̄ ē finis ꝟtutꝫ de ip̄a agit p̄rio arꝫ. ꝓbādo ꝙ nō ē mot⁹ qꝛ mot⁹ nō p̄t eē ī īstāti: sz delectatio pōt eē ī instāti sicut ꝛ visio: ꝗ delectatio nō ē mot⁹. ¶ Deīde dicit ꝙ delectatio ē ꝑfectio opis: videm⁹ eī ꝙ delectatio ꝑfecta ē delectabilis ꝑfectissima ꝟo est delectabilissima. est aūt opatio ꝑfecta q̄ est poñtie bñ disposite ꝛ respectu obiecti ꝑfectissimi: vt visus bñ dispositꝰ respectu pulcherrimi visibil̄ vel intellect⁹ respectu ītelligibilis. Opatio ꝟo ꝑfectissima ē poñtie optīe disposite respectu ei⁹ qđ ē potētissimū int̄ ea q̄ subiacēt ꝟtuti talis opantis. ¶ Ulteri⁹ declarat quō delectatio ꝑficit operationē dicēs ꝙ delectatio nō ꝑficit opationē per modū agētꝫ sicut poñtia vl̄ obiectū nec ēt sicut hīt⁹ vl̄ forma q̄ ī est seu forma cōstituēs ītrīsece opatiōis eēntiā sz sic̄ forma aut ñnis q̄dā supueniēs eēntie iā cōstitute Sicut pulchritudo supuenit iuuenib⁹ nō vt exñs de eēntia iuuentutis Durat āt delectatio ī ope q̄ diu sensus vel intellect⁹ speculās vel discernēs et obiectū sūt ī debita dispositiōe. Cui⁹ rō est qꝛ q̄diu ī actiuo ꝛ passiuo manet eadem dispositio ꝛ eadē habitudo adīnuicē manet idē effect⁹. Si ꝗ bona dispositio potētie cognitiue ꝛ obiecti est causa delectabilis ea durāte durabit delectatio. Ex q̄ īfert ꝙ delectatio hūana nō p̄t esse cōtinua qꝛ delectatio seq̄t opationē nec ab ea sepat: hō āt ñ pōt ꝯtinue opa

ri q̄ fatigat corpe fatigato q̄re nec delectatio pōt semp cōtinuari. Ex hᵒ ēt ptz q̄re noua magꝫ delectēt q̄ posteriora qꝛ videlꝫ mēs circa talia ꝓpter admiratione intēse inclinat ⁊ ita circa talia vehemēter opat sicut ptz ī his q̄ studiose inspiciūt aliq̄d qd̄ pᵒ nō viderūt postea āt negligūt illd̄ aspicere ⁊ sic delectatio minuit. Ex p̄missis etiā ptz q̄ oēs appetūt delectationē: qꝛ oēs appetūt viuere: vita āt ꝯsistit in opatiōe. Delectatio vero est pfectio opis vt dictū ē. ¶ Insup agit de dr̄ia delectationū dicēs q̄ sicut opatiōes dr̄nt specie sic ⁊ delectatiōes que sūt eoꝝ pfectiōes cū pfectibiliū spē differētiū sūt ꝓpe pfectiōes spē dr̄ntes. Sicut alia ē delectatio hoīs alia eq̄ alia azini. vñ dicit eraclitᵒ q̄ azinᵒ magis delectat in feno q̄ in auro. hoc ēt ptz qꝛ vna q̄q̄ opatio p ꝓpriā delectationē augeť qꝛ magꝫ mēs ī eo detineť in q̄ delectat. Si ḡ opatiōes q̄ augēť a delectatiōibᵒ differūt spē optet q̄ ēt ipe delectatiōes spē differāt. hᵒ ēt vlteriᵒ appet ex eo q̄ q̄dā opatiōes īpediūť ⁊ totaliter corrūpūť p delectatiōes extraneas: videmus em̄ q̄ qñ vehemēter delectamur in aliq̄ nihil aliud possumᵒ opari vt amatores fistulaꝝ. qñ audiūt aliquē fistulātē nō attēdūt sermonibᵒ q̄ eis ab alijs dicūť. vñ septīo huiᵒ dr̄ q̄ ꝯcupīa furata ē ītellectū spisse seu valde aut ꝓfūde sapientis Quapropť q̄ vult spūalia degustare dꝫ a carnalibᵒ delectationibᵒ abstinere.

¶ Deinde ponit dr̄am delectationū ꝟm bonitatē ⁊ maliciā dicēs q̄ si opatiōes sint bone ēt delectatiōes ꝯñtes erūt bone: ⁊ si sint male opationes ita ⁊ delectatiōes. Si vero sint opatiōes neutre sic erūt delectatiōes. Q̄ āt delectatiōes seq̄nť bonitatē ⁊ maliciā opationū ꝓbat arguēdo a minori ad maiᵒ qꝛ ꝯcupīe bonorū opm sūt bone ⁊ laudabiles ꝯcupīe ꝟo prauorū sunt praue ⁊ vitupabiles: ḡ ⁊ delectatiōes cū ꝯcupīe p̄cedāt ⁊ tpe ⁊ nā ipas opatiōes ⁊ sic ab ipis sunt distīcte et sepate nō aūt delectatiōes īmo sic sūt cōiūcte cū opibᵒ qd̄ videť q̄busdā q̄ idē sit opatio ⁊ delectatio nō tñ sunt oīno idē lꝫ nō sepenť abinuicē. Ad qd̄ potest adduci exemplū d̄ subiecto ⁊ ꝓpria passione intellectu ⁊ volūtate. Deinde dicit q̄ sicut differūt sensus abinuicē et ab intellectu in puritate sic etiā opationes ⁊ delectationes ꝯsequētes. Visus em̄ auditᵒ ⁊ olfactᵒ sunt puriores ⁊ īmateriales q̄ tactᵒ ⁊ gustᵒ cū sentiāt obiectū p mediū extraneū. Tactᵒ vero ⁊ gustus p mediū cōiūctū. Sic etiā intellectᵒ et eiᵒ opatio sunt puriores operatione sensus. Nō solū aūt in his que sūt diuersarū specierū differūt delectatiōes sꝫ etiā in hoībᵒ q̄ sunt eiusdē speciei. Vñ aliq̄ sunt q̄busdā delectabilia q̄ alijs sūt tristia ⁊ hoc ꝟm q̄ aliq̄ sunt bñ dispositi ꝟm rōnē ⁊ alij male: sicut accidit de febricitante habēte gustū infectū ⁊ sano q̄ habet gustū bñ dispositū. In operationibᵒ tñ ⁊ delectationibᵒ hūanis standū est iudicio hoīs virtuosi qꝛ ꝟtᵒ est regula ⁊ mensura cognitiōis seu discretiōis ꝟm quā recte iudicať de oībus rebᵒ hūanis. Et hō bonᵒ īquātū talis seu virtuosus est regula humanoꝝ actuū cū in talibus recte iudicet. Vñ illa sunt vere delectabilia q̄bus virtuosus gaudet. Si aūt illa que sunt tristia alijs virtuoso appareant delectabilia nō est mirū hoc em̄ accidit ꝓpter multas corruptiones morū ex quibus puertiť rō ⁊ appetitus.

Ictis ⁊c. Ca. II

d ¶ Hic agit arꝫ. de felicitate que est finis oīm ꝟtutū. Et primo dicit q̄ nō est habitᵒ qꝛ tūc dormiēs p totā vitā suā esset felix: hoc aūt ē incōueniens vt pꝫ ex prīo hᵒ: ḡ ponēda ē in opatione. Operationū aūt q̄dā sunt bone et eligibiles ꝓpter aliud q̄dā vero ꝓpter seipas. Cuꝫ aūt de rōne felicitatis sit q̄ sit p se sufficiēs ⁊ nō īdigeat. alioq̄ alio optet q̄ sit opatio eligibils propter se cuiusmodi sunt operationes virtutū cū sint persone bone ⁊ honeste. ¶ Deinde dicit q̄ videť aliq̄bᵒ q̄ felicitas ꝯsistat ī opatiōibᵒ q̄ sūt ī ludo eo q̄ talibᵒ ītēdūt

hoīes in ptātib⁹ ꝓstituti q̄s hoīes reputāt eē felices: ꝫ istud nō ꝓcludit qz xr⁹ mozalis ⁊ intellectuaľ q̄ sūt p̄ncipia bonarū opationū nō ꝓsistūt i h⁹ q̄ aliq̄s sit potēs: ⁊ iō nō optet q̄ opatiões q̄b⁹ potētes ītēdūt sunt optīe: ꝫ ille sūt optīe et delectabiles q̄ iudicāt a xtuoso q̄ est regula actuū hūanorū vt dictū ē in p̄cedētib⁹. ℚ aūt felicitas nō ꝓsistat i ludo pz qz cū felicitas sit vltim⁹ finis tūc hō face ret oīa ꝓpter ludū ⁊ sic hō intēderet speculationi ꝓpē ludū: qđ dicēt videt stultū ⁊ puerile. ℚz eōrio ludēdū ē ad horā vt postea hō diligēti⁹ studeat qz i ludo ē q̄dā reqes aīe: hoīes aūt cū nō possint ꝓtinue labozare indigēt reqe- ¶ ℭ cōcludit ğ aris. q̄ cū felicitas sit sūmū bonū hois optet q̄ in optimis ꝓsistat. Melioza aūt sunt studiosa ridiculis. ¶ Ubi n otādū q̄ op⁹ ōz studiosuz ⁊ seriolū qñ est factū cū rōne ⁊ cū applicatiõe ad tīm seu rōnis serie ozdiatū. ℚp⁹ aūt ridiculosū ē op⁹ risu dignū seu troffaticū ⁊ sic ꝓgrue dic aris. q̄ seriosa sūt meliora ridiculis. ¶ Deinde dicit q̄ cū felicitas ꝓsistat i opatiõe q̄ est fm xtutē: rōnale est q̄ sit fm optimā xtutē cū sit optimū inter hūana bona ⁊ sic erit opatio ei⁹ qđ ē i hoīe optimū siue illud sit itellect⁹ siue aliqđ aliō: puta volūtas qđ vtiq; fm naturā videt p̄ncipari ⁊ dñari ⁊ intelligentiā hr̄e de bonis diuīs siue illud sit qđ diuinū siue eoz q̄ sūt in nobis diuinissimū hui⁹ inquātū opatio fm xtutē ei ꝓ priā ē pfecta felicitas. ¶ ℭirc̄ p̄dicta notādū q̄ p ptē hois optimā itelligit aris. ptē aīe itellectiuā icludētē intellectū ⁊ volūtatē q̄ distiguit ꝫ ptē sensitiuā cui ꝓincipat ⁊ dñat. qđ ex h⁹ ptz qz sol⁹ intellect⁹ vt distiguit ꝫ volūtatē nō dñat viríb⁹ iferiozib⁹: Informat aūt hec ps xtute optīa. ſ. hītu sapīe p quā vacat diuine ꝓtēplationi. Est āt hec xt⁹ ꝓprie aīe itellectiue vt distinguit ꝫ sensitiuaz nō sic de xtutib⁹ mozalib⁹ q̄ ꝫ sunt i appetitu itellectio tñ fm ipas regūt vires sensitiue ⁊ cozpales. Per hītū āt sapīe tēdit aīa directe i deū ꝓtēplādū actu intellect⁹ ⁊ volūtatis. vñ fm sco. 49. dis. q̄rti sniaꝝ. phs cōiter nō distinxit itellectū a volūtate i rōne p̄ncipij opatī i opatiõe ad extra. vñ aliq̄n distiguit nāz ꝫ ⁊ tē aliq̄n ꝫ itellectū. aliq̄n ꝫ volūtatē ⁊ ꝓpositū. Per hec oīa itelligēs vnū p̄ncipiū artificialiū ex illʼ trib⁹ integtū. Silr nec i opatiõe aditra respectu finis. ℚ si specľatō ez sapīe ỏ q̄ nūc loq̄t nō distinguit a dilectiõe: ꝫ dilectio i illa icludit qđ q̄dē si exp̄sse nō asserat saltʒ tñ nō negat: ⁊ sic sapīa videt icludere supmū habitū acq̄situ itellect⁹ ⁊ supmū habitū acq̄situ volūtatʒ. Sicut āt supm⁹ habit⁹ volūtatʒ infus⁹ puta caritas a deo ifusa excedit supmū ifuū itellect⁹: Sic supm⁹ habit⁹ acq̄sit⁹ volūtatʒ supmū acq̄situ itellect⁹ vt adiuicē distiguūt magʒ āt exp̄sse loq̄t aris. i ꝓposito ỏ specľatiõe q̄ ỏ dilectiõe tāq̄ de notiozi. Itē notādū fm cōmētatoꝛē eustratiū q̄ arʒ ꝓsueuit oēs vires nāles vocare diuinas inq̄tū sūt fm diuinā sapīaz regľarit ozdiate. inter q̄s ps intellectia ōz diuissima tāq̄ alijs excellentioz. ¶ Cōseq̄nter ostēdit felicitatē ꝓsistere i speculatiõe xitatʒ plīrib⁹ rōnib⁹. Pria iter oēs opatões hūanas cōtinuatissima ē specľatio xitatʒ. Experimur q̄ cōtinue magʒ possum⁹ specularī q̄ opari: ğ i ipa ꝓsistit felicitas q̄ ē maxime ꝓtinua ⁊ pmanēs. ¶ Dzetea felicitas ꝓsistit i opatiõe delectabiliss ia: ğ cōsistit in speculatõe xitatʒ: pbaī ꝓña qz oīm opationū q̄ sūt fm xtutē delectabilissima ē opatio illa q̄ ē fm sapiaz q̄ qđē ē speculatia· videt ei pbia hr̄e delectatiões admirabiles i ꝓtēplatiõe sapīe vt fatēt antiq̄ pbi: tū ꝓpē sui puritatē qz ē circa res imāles: tū ꝓpē firmitatē qz circa res icozruptibiles hmōi q̄z o delectatōnes ñ p̄nt p penitudinē ifirmari sicut delectatiões p̄auoꝝ q̄ replēt p enitudīe. Licet āt pbia sit delectabiliꝝ q̄rētib⁹ seu addiscētib⁹ ⁊ sciētib⁹ ē tñ delectabilioz sciētib⁹ q̄ ꝓtēplāt xitate iā ꝓgnita ⁊ ineuēta. ¶ Itē ad felicitatē req̄rit q̄ sit p se sufficiēs ꝫ p se sufficiētia maxie inuenit in speculatia opatiõe. Nō ei indiget cō-

320

tẽplatiu⁹ nisi his q̃ sũt necc̃aria ad hũanã vitã. hũtes ℞o mozales ℞tutes q̃ pficiũt vitã actiuã idigẽt alijs circ̃ q̃s opere̅t: vt pz ī fortitudie iusticia ⁊ alijs virtutib⁹ mozalib⁹: quãto ãt aliq̃s fuerit p fectioz ī sapĩa tãto magʒ sol⁹ exñs ꝓtem plari ℞itatẽ poterit. ꝓzeꝛea ī speculati one ℞itatʒ ẽ vacatio a curis secularib⁹ ⁊ laboꝛib⁹ seu tumꝛtib⁹ coꝛpalib⁹ q̃ ī ea cõ sistit felicitas. ꝓbat ꝓña qz ĩẽ ea q̃ felici attribuũt vnũ ẽ q̃ nõ laboꝛet sʒ sit ī pace ⁊ q̃ete: h⁹ ãt repit ī vita specl̃atiua seu cõ tẽplatiua q̃ntũ possibile ẽ nãlit̃ ineſſe hoi mozalẽ vitã agẽti. ℳõ repit ãt tal̃ req̃ es in vita ciuili ⁊ actiua ꝑm ℞tutes moza les sʒ tal̃ ẽ multũ laboꝛiosa vt pz ī actib⁹ fortitudis. ℳtz itaq̃ q̃ felicitas nãlis ꝓsistit ī speculatõe ℞itatʒ dũ tñ assit vite diuinitas seu vita perfecta. ¶ Circa ꝓdicta notãdũ q̃ vacare: vno⁹ tm̃ vz sicut ītẽdere sicut guloſi dicũt vacare cõ messationib⁹ ⁊ sic non accipit̃ ℏ. Alio⁹ idẽ ẽ q̃ cessare vl̃ q̃escere a coꝛpali labo re sicut dicit Aug. q̃ martha laboꝛabat ⁊ maria vacabat: ⁊ sic sumit̃ ī ꝓposito.

¶ Ulteri⁹ dicit aꝛs. q̃ felicit ꝛs ꝺ dicta melioꝛ ẽ q̃ vita q̃ ẽ ꝑm hoiez qđ ex h⁹ pz qz hõ ẽ ꝓposit⁹ ex coꝛpe ⁊ aĩa: qz vita in h⁹ ꝓsistit qz ꝑm rõnẽ oꝛdiat actiões sensitiuas ⁊ coꝛpales ℔ igit̃ vacãs ꝓ ẽplationi ℞itatʒ nõ viuit ꝑm qđ hõ seu vita hũana sʒ ꝑm aliq̃d diuinũ ẽ ī ipõ sc̃z ꝑm ẽ itellectiuã p q̃ nãz itelligẽtiaꝫ pti cipat ī q̃b⁹ iuenit̃ sola itellectiua nã: vñ tal̃ vita ꝓpat̃ ad vitã mozalem sicut vita diuina ad hũanã. ℳeide hoꝛtat̃ nos ad hãc vitã ⁊ felicitatẽ dicẽs q̃ hõ mozal̃ ꝓ posse ꝺz laboꝛare q̃ viuat hac vita qz sic viuẽdo vinit ꝑm optimũ eoꝛ q̃ sũt in ipõ. qđ lʒ sit mobile quũ qz sc̃z caret q̃ntitate coꝛpoꝛea p̃ciositate tñ excedit oĩa q̃ sũt in hoĩe ⁊ sic tal̃ vita ẽ delectabiliſsima cũ sit ꝑm optimũ eoꝛ q̃ sũt in hoĩe. Itẽ cũ ps itellectia sit oꝛdinatia ⁊ electiua hũane vite icõnenies̃ est q̃ ipa met nõ eligat vitã suiſpi⁹ sʒ alicui⁹ alterius pt̃ ãre eligẽdũ ẽ viuere vita speculatia ⁊ ꝓtẽplatia: hec ãt vita ẽ maxie ꝓpa hõi nõ ꝑm qđ ẽ ꝓposit⁹ sʒ ꝑm illud qđ ẽ ꝓncipale in ipo. Cõseq̃nter ꝓpat felicitatẽ speculatiuã ad felicitatẽ pollitic̃ q̃ ẽ ꝺz ℞tutes mozales q̃rũ rectitudo sumit̃ ꝺz pudẽtiã dicẽs q̃ ille q̃ viuit vita specu latia ẽ maxie felix cũ viuat ꝑm id quod ẽ ꝓncipale ⁊ optimũ ī ipo. s. ꝺz itellectũ Felicitas q̃ ẽ tm̃ ꝑm ℞tutes mozales ẽ felicitas sc̃daria ⁊ ipfecta. Est ei felicitas hoĩs ꝑm qđ hõ ẽ ꝓposit⁹ ex coꝛpe ⁊ aĩa: qđ ex h⁹ pt̃z qz ꝑm pudentiã ⁊ ℞tutes mozales modificãt passiones q̃ sũt coẽs aĩe ⁊ coꝛpi: puta ira ꝓcupĩa. Et hmõi ℞. tutes ẽt mozales sũt circa opationẽ totius cõiũcti cuiusmõi sũt ꝓmutatiões ⁊ ne ceſſitatũ subuẽtiões. ꝓzeꝛea arguit sic illa vita seu felicitas ẽ pfectioz q̃ est p se magʒ sufficiẽs: sʒ vita speculatia ẽ hmõi q̃ ẽ potioꝛ q̃ mozal̃: ꝓbat̃ minoꝛ: qz speculatia paucioꝛib⁹ idiget q̃ mozalis. lʒ em̃ virtutes mozales ꝓncipaliter ꝓsistãt ī electiõe ad earũ tñ pfectionẽ ⁊ exercitiũ req̃runt opatiões exteꝛioꝛes ꝓpt̃ q̃s exercẽdas pollitic⁹ viuẽs vita actiua mlt̃ indiget vt liberal̃ idiget pecunia ad liberalit̃ dãdũ: Et inſt⁹ ad reddẽdũ ꝓrio qđ suũ ẽ ⁊ sic de alijs: talib⁹ aũt nõ indiget speculatiu⁹ sʒ sepe sunt ipedimẽta speculatiõis. vñ ñ idiget his nisi ad sub ueniẽdũ ei⁹ necessitatib⁹ ⁊ ꝙuersandu⁹ hũane cũ his q̃b⁹ ꝙuiuit. Itẽ arguit sic illa felicitas ẽ pfectissima q̃ ẽ felicitati diuĩe simma: sʒ speculatia ẽ hmõi cũ viſ sint felices ī specl̃atiõe ⁊ ñ ī mozali actione q̃re vita hoĩs speculatia ẽ felicissia. ꝓbat maioꝛẽ qz oẽs pbi suſpicati sũt deos eẽ bonos ⁊ viuere ⁊ p ꝓs opari non tñ ꝺz opatiões mozales. Si ei dixerim⁹ eos opari opa iusta puta ꝓmutare depo sita reddere ridiculũ appebit vel qđ sustineãt ꝓcula qđ ptinet ad fortitudines seu, q̃ sint casti et tpati erit magis laus oneroſa q̃ deo g̃ta cũ careãt gustu ⁊ tactu ⁊ sic nõ pñt hr̃e ꝓauas ꝓcupiscẽtias de q̃rũ repssiõe laudẽt. ℳemũ ꝓbat ītẽ tũ a signo. signũ em̃ q̃ felicitas ꝓsistit in speculatiõe ℞itatʒ qz aĩalia bruta q̃ carẽt felicitate sũt oĩo sepata a tali opatio-

ne ⁊ sic quātū se extēdit speculatio tm̄ se extēdit felicitas. cōcludit igit̄ ꝙ ꝑfecta felicitas ꝯsistit ī speculatiōe. ¶ Deinde cōpat arī. felicē ad exteriorē ꝓsperitatē Dicit ꝙ op⁹ erit felici exteriori ꝓsperitate qꝛ nā hūana nō est ꝑ se sufficiēs ad speculari sꝫ oꝑtet corp⁹ sanū eē cibū ⁊ reliquū famulatū existere ꝑ quē sibi ministrēt̄ oīa q̄ sūt ad vitā hūanā necessaria ñ tm̄ īdiget felix multis ⁊ magnis diuitijs Qd̄ ꝯformat ꝑ dicta sapiētū cuiusmodi fuerūt solon ⁊ anaxagoras: nō ē āt mirū si h⁰ videat̄ īcōueniēs mltitudini hoīm Tales eī qꝛ ignorāt bona rōnis q̄ sūt vera bona hoīs ꝟm q̄ hō ē felix attēdūt solū ad bona exteriora q̄ ꝯgnoscūt. In his igit̄ ē maxīe credēdū viris sapiētib⁹ vitā ꝑ doctrimā ⁊ sermōes ꝑ oꝑationē cōfirmātib⁹. ¶ Ulteri⁹ ꝓbat sapiētē eē ꝑ ꝯꝑationē ad deū ⁊ h⁰ sic: Sapiēs ē deo amātissim⁹: ḡ est felicissim⁹. Nam felicitas hoīs in h⁰ appet ꝙ a deo amat̄: ꝓbat̄ añs: qꝛ ille q̄ oꝑat̄ ꝟm ītellectū speculādo v̄itatē ⁊ curā suā apponit ad bonū ītellect⁹ videt̄ eē optīe dispositus et deo amātissim⁹: cū eī de⁹ habeat curaꝫ ⁊ ꝓuidētiā de reb⁹ hūanis rōnale est ꝙ delectent̄ sup hoīes d̄ eo qd̄ ē optimū ī eis ⁊ sibi simlimū ⁊ ꝯgtissimū. h⁰ aūt est intellect⁹: ⁊ ꝑ ꝯñs rōnale est de rebñ facere vt cūctis his q̄ honorāt ⁊ amāt intellectū oīb⁹ alijs ip̄m p̄ferendo. Tales aūt sūt sapiētes q̄ꝑopt̄ sūt deo amātissimi ⁊ ꝑ cōsequēs felicissimi.

Trum. Ca. III

v ¶ Quia felicitas ē finis bonitatis moralis iō hic ꝯñr inq̄rit q̄d req̄rat̄ ad hoc ꝙ aliq̄s fiat bon⁹ moralis. Circa qd̄ dicit ꝙ ad h⁰ nō sufficit ꝯgnitio v̄tutis ꝑ sciaꝫ moralē sꝫ tē ꝑtandū ē hr̄e v̄tutes morales ꝟm habitū ⁊ vti eis ꝟm actū. Iuuat tm̄ ad h⁰ verboꝝ ꝑsuasio ꝑ quā pñt iuuenes q̄ habēt mores nobiles ⁊ nō sūt subiecti passioni b⁹ et vitijs ad bonū ꝓuocari Multi tm̄ seq̄ntes passiōes magꝫ cohercēt̄ tīore penaꝝ q̄ turpitudīe ne prauoꝝ oꝑm seu ꝑsuasiōe v̄borū. Est eī difficile trāsmutare hoīez ꝑ v̄ba ab īueterata ꝯsuetudine peccādi. Asuescēdi igit̄ sūt iuuenes ad oꝑa v̄tuosa vt ex ip̄oꝝ frequētatiōe generet̄ ī ip̄is habit⁹ v̄tutis. ¶ Deinde dicit ꝙ ad hoc ꝙ hō fiat bon⁹ est nccaria bona ⁊ iusta legis positio ꝑ quā hō non solū ī iuuētute sed ꝑ totā vitā cōpellat̄ asuescere bona q̄ dū ī cōsuetudinē venerint nō erūt tristia sꝫ magis delectabilia Praui em̄ delectationes appetētes debent puniri ꝑ tristicias ⁊ dolores ꝯrios delectationib⁹ amatis sicut azinus ducitur flagellis. Est igit̄ necesse ꝙ sit aliq̄s legislator qd̄ p̄cipue ꝯuenit publice ꝑsone puta regi vel p̄ncipi. Scd̄aria v̄o cōuenit p̄uate ꝑsone. Sicut eī se habēt leges publice in ciuitatib⁹ sic se habēt sermones in domibus p̄rm. In hoc tm̄ est dr̄ia qꝛ lex p̄cipiens magis habet vim coactiuā. Sermo vero paternus vim attractiuā qꝛ filij de facili obediūt parentibus rōne amicitie naturalis que ē ipsorū ad parentes. ad vtrūqꝫ aūt hoꝝ reperit̄ in lege diuina q̄ habet vim coactiuā penas et̄nas cōmīando: ac etiā vim attractiuā ad diuinū amorem ⁊ eternaꝫ beatitudinē nos alliciēdo. Que q̄dē in p̄senti vita ꝑfecti⁹ obtinet̄ a viris sanctꝫ ꝑ habit⁹ fidei spei ⁊ caritatis diuinitus infusos q̄ habet̄ a ph̄is ꝑ habitus naturaliter acquisitos. Cui⁹ beatitudīs nos ꝑticipes faciat domin⁹ iesus qui nos sui p̄ciosi sanguinis cōmertio ip̄am suis fidelibus acquisiuit.

Expliciūt libri Ethicorum Basilee impressi per Michaelē furter. Anno incarnatiōis domini. M. CCCCxciiij.

2—3—2—0—
321
BIBLIOTEKA im. Zielińskich TNP

X8.000.000 —

[illegible]

1.800,00 :—

18.000.000.

XV, 79



